

**R.P. Thomae Młodzianowski Poloni, Societatis Jesu,
Praelectionum Theologicarvm Tomus**

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae Et Dantisci, 1682

Disputatio III. De subjecto justitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82973](#)

DISPUTATIO III.

De Subjecto Justitiae.

Indubie, Subjectum justitiae, non sunt nisi naturæ intellectuæ: quia justitia est virtus speciale honestatem, ad quam nullo modo se extendunt in intellectuæ, intendens. Et quia hæc virtus, est virtus voluntatis, in voluntate recipetur, critique illa subjectum receptionis. Tota difficultas devolvitur ad hoc, quodnam sit subjectum justitiae, hoc sensu, quænam scilicet sunt personæ, inter quas est rigorosa justitia. *Quod ut resolvatur, instituitur*

QUÆSTIO I.

An in Deo respectu creature, possit dari perfecta justitia?

Divisi sunt Autores. Assimant dari. Suar. opusculo 6. ubi rationes propositas à Valq. refutat: & 3. p. d. 4. S. 5. & 6. licet in editionibus novis sit aliqua diversitas. Idem, docet Bellarminus, Valentia, Azor. Sal. Albert. Tan. Ruiz. Petr. Hurt. Rayn. Fassol. & post illos Dicast. hic l. 2. tr. 2. d. 2. num. 47. Arriaga 1. p. d. 31.

Negat autem Vasq. 1. p. d. 85. & 86. ubi habentur Argumenta, quæ refutavit Suar. sed & in posterioribus tomis, remitterato restauravit Vasq. quem vide etiam l. 2. d. 223. & 3. p. tomo 1. d. 7. tomo 4. q. 85. a. 3. dub. unico eandem sententiam docuit Molina Arub. Less. Kon. Bec. Gasp. Hurt. Merac. de Lugo. Sanchez. & post illos Esp. q. 16. Medium Sententiam sequitur Ripald. tota d. 83.

DIFFICULTAS I.

*Præmitiuntur aliqua ad intelligendum
Questionis statum.*

PRÆMITTO 1. Ex Ripalda citato: *Institutum tripliciter sumi posse, pro æqualitate ad Regulam rationis; pro æqualitate ad aliud, quo cunque modo: qualem æqualitatem dicit etiam gratitudo æqualis beneficio. Denique pro æqualitate rigorosa, respiciens in hoc quidem jus strictum, in hoc verò debitum, de ultima æqualitate hic quæretur.*

PRÆMITTO 2. *Sicut in investigando de quacunque alia virtute, an illa repertiatur in Deo; ita & in praesenti attendendum esse; an seclusis imperfectionibus, possit adhuc remanere conceptus effen-*

tialis justitiae. Circa quod potest esse questio, & de re, & de voce. De re: An remaneat talis conceptus, si enim remanet, infertur, ponendam hanc virtutem in Deo: quia in eo ponenda omnis perfectio. Erit autem quæstio de voce: An illi perfectioni, ita ab imperfectionibus depurata, convenientia vox, justitia?

PRÆMITTO 3. *Quid intendant, vel non intendant it, qui ponunt in Deo justitiam rigorosam. Non intendunt, quasi Deus præmians, servet æqualitatem absolutam inter præmium & meritum; indubie enim non habetur talis æqualitas, cum Deus det mensuram coagitatam; sicut & Princeps ex justitia præmiat, licet det præmium apprime honoratum. Non intendunt item docere, illam justitiam, ita esse rigorosam, ut excludat omnem gratiam, admittant etiam gratiam auxiliorum, promissionum &c. sed intendunt illis suppositis, jam Deum inancere obligatum rigorose justitiae. Non intendunt item docere, quod in collatione præmii justitiae. Deus abdicet à se simpliciter dominium, sed volunt illud componere cum obligatione justitiae. Non intendunt item docere, hoc solum quod acquirat creatura jus in præmium, ut illo pra alius creaturis potiatur: hoc enim omnes concedunt, sed intendunt docere, quod acquirat jus ipsius etiam Dei obligativum justitiae.*

PRÆMITTO 4: *Totam Questionem reduci à Ripal. ad hoc. An Deus, referens præmia, respiciat jus aliquod merentis, quò sic obligetur, ut non referens præmium, vim inferret creature, commodius dixisset. An Deus ita det præmia, ut si non daret, faceret injuriam: Nam longè alia quæstio est: An creatura à Deo violentiam pati possit?*

PRÆMITTO 5. *Quæ sit in hac materia sententia Ripalda. Docet ille duplē esse potestam in Deo, Absolutam, & Extraordinariam; & aliam potestatem moralem. Priorem dicit esse in obligabilem. Secundam obligabilem. Primam explicat, quod sit potestas, quæ Deus nullis legibus adstringit, operatur supra illatum exigentias, pro arbitrio, & bono, sive excellentiæ. Posteriorem explicat, quod sit potestas, quæ juxta creaturarum exigentiam operatur, confutens ipsarum bono.*

Illustrat condistinctionem harum potestatum pluribus instantiis.

I. INSTANTIA est. *Datur in Deo potestas physica, ad producenda creatura. Hæc ipsa duplex est, alia naturalis & ordinaria, quæ agit juxta exigentiam naturæ creatæ, nullam ipsi infens*

Disputatio III.

69

tens vim. Alia **absoluta** & **supernaturalis**, quæ agit supra physicam exigentiam naturæ, & plenumq; contra illam, rebus creatis inferens vim.

2. **INSTANTIA.** Christo Domino convenit Dominum rerum, & titulo proprii v. g. labo-
ris, contractu, & titulo unionis Hypostatica.

Primum illud dominum est obligabile; non se-
cundum.

3. **INSTANTIA.** Res publica potest obligare, secundum potestatem privatam, qua pro-
spicit bonis particularium: non potest obligare
jus ultum?

4. **INSTANTIA.** Potest Deus obligare se
tanquam Dominus jurisdictionis, & non obli-
gare tanquam Dominus proprietatis, & è con-
verio. Ergo, & in præsenti idem dicendum.

5. **INSTANTIA.** Deus, ut **Auctor** naturalis,
tenet **materiæ** providere quantitatem, non
tenet tanquam **Auctor** supernaturalis. E con-
tra, tanquam **Auctor** supernaturalis, tenet
gratias annexatae charitati; non tenet tan-
quam **Auctor** naturalis. Ergo & **distinctio** du-
plicis potestatis tenebit, poteritque unâ obliga-
rion alia.

PRÆMITTO 6. *Quomodo ex Ripal. distin-
guantur duæ illæ potestates?* Distinguuntur sine
qui: Potestas enim **Absoluta**, intendit bonum
excellentiæ divinæ, **Ordinaria** bonum creatu-
rum, quod potest separari à bono excellentiæ
divinæ, quam ostentat Deus, in destructione
creaturarum. Distinguuntur **sphæra**, quia po-
testas **absoluta** comprehendit omnia possibilia,
& **caementias** eorum, quæ possunt in finem excellen-
tiæ divinæ conferre, ordinaria vero solum
comprehendit ea, quæ in bonum creaturæ con-
seruntur. Distinguuntur **radice**: quia illa ab-
soluta potestas competit Deo, ratione excellen-
tiæ divinitatis, scorsim ab attributis omnipo-
tentia, & creaturis, ordinaria convenit Deo, ti-
tulo creatoris & gubernatoris universi. De-
cine potestas **absoluta** est **essentialis** & **nece-
saria** Deo, ordinaria autem contingens & abdi-
cabilis.

PRÆMITTO 7. *Qui sunt effectus, per Ripal.
materiæ ordinariæ obligatiæ.* Effectus est: quia
non obligaret potestatem ordinariam sine ul-
la **injuria** potuisset negare creaturæ v. g. bona
supernaturalia, non potest, supposita obligatio-
ne. Effectus est, quia inferret Deus **injuriam**
creaturæ, habenti jus in bona supernaturalia, si
tanegaret. His præmissis, sit.

DIFFICULTAS II.

Deciditur Quæstio.

DICENDUM est. *Dei, respectu creature, non
dari ullam perfectam justitiam.* Viderunt
esse Concl. S. Thomæ i. 2. q. 114. a. 1. in Cor-
pore. Ubi cum neget absolutam & qualita-

tem inter Deum & hominem, hoc ipso negat
absolutam justitiam sive rigorosam, & i. patte
q. 21. a. 1. in Corpore, negat in Deo justitiam
commutativam; distributivam autem in Deo
admittit, non nisi secundum virtutem gubernati-
vam. August. Confes. 4. *Reddit inquit debita nulli debens.* Serm. lib. 6. de Verb. Apost.
*Debitor enim factus est nobis, non aliquid à nobis ac-
cipiendo, sed quod ei placuit, promittendo.* S. Ber-
nardus Serm. de Annunt. *Neque talia sunt, in-
quit, hominum merita, ut propterea vita eterna de-
beatur ex jure, aut propterea Deus in **injuriam** aliquam
faceret, nisi eam donaret.* Unde etiam & S. Thom-
as i. 2. cit. ad 3. Docet. *Deum non effici sim-
pliciter debitorem nobis, sed sibi effici, in quantum
debitum est, ut sua ordinatio impleatur.*

Punctum Difficultatis I.

Examinantur Rationes pro hac Sen-
tentiæ.

PROBAT I. Pr. Albertus Zeronski, titutus
que argumento communi. Abdicare se
dominio alicujus rei involvit imperfectionem
in Deo. Ergo, Deus jus & dominium in alium
transferre non potest. Antecedens probatur.
Quia res esse creatura & non Dei, & posse de-
eadem re liberè disponere creaturam, non pos-
se autem Deum, est imperfectione in Deo. Sed
abdicare se dominio alicujus rei, & transferre
jus & dominium in alterum, sequitur, quod
Deus non posset re illa uti pro suo libitu, &
disponere sine **injuria** alterius. Similiter sequi-
tur rem illam non esse Dei, sed creaturæ. Quod
ipsum probatur. Nam Petrum cedere domi-
nium, & juri suo in librum, illudque transferre in
Paulum, sequitur essentialiter & necessario, vi-
talis abdicationis & translationis, Petrum, non
esse Dominum libri. Ergo, similiter in Deo,
abdicante se dominium, & cedente juri suo ad
rem aliquam creaturæ, idem sequeretur, circa
rem illam abdicatam.

RESPONDERI potest. Quod abdicare se
dominio **absoluto** & **essentiali**, involvit imper-
fectionem, sed non abdicare se dominio potestatis
ordinariæ, & **accidentalis**: & licet esse rem
creature, & non Dei, secundum potestatem ab-
solutam, si **imperfectio**, non est tamen imperfe-
ctio, si sit res creaturæ, & non Dei, secundum
potestatem ordinariam. Instantia de Petro
allata non convincit: probat enim multum:
quia probat quod nec Princeps possit se spolia-
re jure suo baso, relinquendo sibi jus ultum:
quia Petrus ita cedit juri suo, ut non relinquat
illud sibi. Quod si dicas, aliud esse de Princi-
pe: quia in illo invenitur duplex illud condi-
stinctum jus, dicit & Ripalda, inveniri in Deo
duplicem illam potestatem.

Et

R. P.
H. MLOD
ja. OWSKI
Tom. 3. c. 4.
D. VI
6

Est & alius modus satisfaciendi huic argumento, quod scilicet non esset necessarium, ut Deus transferat jus in creaturas, abdicando illud a se, sed sufficeret investitura illarum in jus, cum retentione nihilominus juris sui in totam rem, ut fieri etiam in creatis solet: dum sunt unius ejusdemque rei plures Domini, ita ut independenter unus ab alio, non possit quidquam facere, quo casu, non se alter abdicat jure, dando alterius, sed solum illi, sine sui juris amissione, communicat jus.

P R O B A T 2. Idem. Specialiter contra Responsorem Ripalda. Vx Deus translato domino ordinario in creaturam, & manente jure absoluto, potest absolvitur uti re illa, quomodo cunque sive illam auferendo, destruendo, sive retinendo, conservando, independenter a creatura, & voluntate illius, sine ulla ipsius creaturae injuria, vel non potest? Neutrum dici potest. Non primum, ut assertipse Ripal. tum in aliis locis cit. tum specialiter se. 12. quæ pars ratione etiam probatur. Quia tale dominium est nullius momenti, & aestimationis moralis. Ergo, tale dominium non est admittendum; potissimum vero in Christo in ordine ad satisfactionem justitiae: quia sequeretur satisfactionem Christi, ratione talis dominii in suis actus, esset quoque nullius momenti & aestimationis Moralis. Sequela autem probatur. Quia dominium tale & possessio rei, ut aliquis rem illam possit a me auferre, & pro libitu suo independenter a me tractare, est nullius momenti, & aestimationis moralis. Quod ipsum instantia declaratur. Habeat aliquis jus ad pagum duplex, hereditatis, & emptionis, sit jus hereditatis potius, donet alterius jus emptionis minus præcipuum, retinendo principale hereditatis, his conditionibus, ut ille, qui habet jus emptionis, non possit quidquam facere circa illum pagum: aut illo uti, nisi independenter ab eo, qui ubi retinuit jus hereditatis, tale dominium & talis donatio est ridicula, tantumque est habere illum pagum tali jure, atque si illum non haberet, ita enim ego, qui nullum jus haberem, possem uti vel non uti illo pago & bonis illius, sicut ille, qui jus cum talibus conditionibus pagi illius haberet. Unde si quis tale dominium mihi daret in Regnum Hispaniarum, & dominium absolutum in tres grossos, rationabiliter eligendi essent tres grossi, & dominium illorum absolutum, quam Regnum Hispaniarum: quia plus mihi commodi inferrent tres grossi absolutè donati, quam Regnum Hispaniarum: nam ex dominio Regni Hispaniarum tali, possem nullum emolumentum percipere, nec alteri benefacere, si illi, qui haberet jus principalius, ita placet, secus quam ex tribus grossis mihi absolutè donatis. Non etiam potest dici, Deum tali abdicatione dominii & cessione juris facta creaturae, facere injuriam posse: sequeretur enim do-

minium Dei, respectu talis rei, esse imperfectius, quam dominium Petri respectu libri, quem possidet: majus enim dominium haberet illius libri, quam Deus illius rei; majus enim & perfectius est dominium, posse uti re aliqua ad possibiles omnes usus, circa injuriam alterius, quam posse uti re aliqua, ad usus possibiles, non circa injuriam alterius.

R E S P O N D E R I potest pluribus viis huic argumento. Imprimis per distinctionem pettam ex principiis Ripalda. Quod translato domino in creaturam, obligataque potestate ordinaria, non possit per illum præcise & absolute sine injuria auferre illam Deus, potest autem per potestatem absolutam, & non obligatam. Cum enim potestas illa ordinaria jam moraliter non sit in Deo, utpote obligatione in illo adstricta, non habet Deus jus, vi illius, disponendi de eadem, sed non nisi titulo potestatis absolute inobligata & inobligabilis, consequenter dici posset, licet non debeat tale dominium in creatura positum, comparatè ad absolutum dominium, esse momenti & aestimationis moralis alicuius; sicut & ad jus altum Principium, dominium privatorum comparatum non est dominium, sed subiectio, & tamen, aestimatur quia comparatè ad alios subditos, habet dominium; ita etiam jus illud erit aestimandum comparatè ad potestatem ordinariam divinam, eo quod per potestatem illam ordinariam, non possit Deus auferre rem, supra quam cessit dominium, vi cuius cessionis, ceterum jam Deus jure potestatis ordinariae ad illam auferendam, utpote jam obligato: Negatur alterius dominium tale, quod secundum aliquem titulum exigit, ut independenter ab illius voluntate non possit alius de re aliqua disponere esse nullius momenti, licet secundum alium titulum possit independenter ab aliis voluntate de re disponere, quod etiam contingit in jure alto.

Instantia illa de traditione juris in pagum, non convincit: quia non supponitur donatus, independenter a donante, quidquam posse facere. Jam autem in praesenti ponitur creatura supponiturque potens facere independenter a potestate ordinaria divina, illamque non laeden-
do, nec illi præjudicando, utpote ei, quæ moraliter jam non est; cum obligata sit: & si ponatur etiam ille donatus pagi, posse independenter a donante, secundum aliquod jus suum agere, adhuc erit dominus dominio, quod non deberet dici nullius momenti, sicut nec dicitur dominium basium nullius momenti, licet independenter ab alto h. e. fine ordine subiectio ad illud, non sit. Quanquam ad eandem instantiam dici posset, quod tunc ex varietate titulorum, salvari potest dominium in pluribus, quando unus titulus, respectu altius, dicit prælationem, præminentiam, ordinemque dignitatis: si enim hic ordo non dicatur, non est major ratio, cur unus

unus potius dicatur Dominus, quām alter con sequenter non erit, si comparentur inter se uter que. Dominus: dominum enim semper est quid fortius, & à quo victoria. Sicut ergo non nisi à fortiori victoria, ita nec dominium salvabitur, nisi ratione altioris tituli. In præsenti autem titulus hæreditatis, & emptionis sunt tituli æ quales, licet diversæ rationis: nullus enim titulus est natus alteri subordinari. Quia autem titulus acquisitus à creatura. Deo investiente, est adhuc natus esse subordinatus juri absoluto, & cum ratione obligationis potestatis ordinariae, acquisierit creatura, titulum, vi cuius dicere posse: potestas ordinaria ad me non extenditur, sit, ut ratione illius, acquirat dominium, creatura.

Quando autem dicitur. Si Deus irrogaret injuriam creaturæ, supposita obligatione potestatis ordinariae, hoc ipso sequitur perfectius fore Dominum Petrum alicujus libri, quām Deum respectare, circa quam obligavit potentiam suam ordinariam, id etiam non convincit.

Nam si posita obligatione potestatis ordinariae, sequeretur exclusio potestatis absolutæ, veniam ejus Dominus libri Petrus, quam Deus illustræ: secus autem si retineat dominium absolutum. Ad eum planè modum, quo si Respubl. non haberet jus altum, perfectius Petrus ejus Dominus rei, quam Respubl., sed id non sequitur, supposito dominio alto in Respubl.: ita etiam nec sequitur in Deo supposito illius dominio absoluto remanente, post obligatam potestatem ordinariam.

Dici etiam posset, si fiat comparatio Domini Petri, supra librum, ad potestatem ordinariam obligatam, non posse dici dominium Petri, esse perfectius: cum enim *ly* perfectius, supponat extreum, ad quod comparatur perfectum, & cum perfectum supponat esse; cumque non supponatur esse jam in Deo dominium potestatis ordinariae, nec supponetur esse perfectum. Et sicut non est perfectius dominium privatorum supra bona præ dominio Reipubl. quā talis, baslo in bona, cum bassum dominium non habeat Respubl.; ita & in præsenti.

Respicit hæc pars Responsonis hanc Majorem. Illud dicitur injuriose fieri, quod sit sine ullo adhuc jure, hinc, etiam si per impossibile vellet Deus per obligatam potentiam ordinariam aliquid facere, faceret injuriam: sed quia hoc est impossibile, dictante illi, illius intellectu, quod non debeat uti jure secundum titulum, quo se exuit, id est etiam nec faciet nec facere potest injuriam, sed faceret, si per impossibile operatur. Quia tamen Deus retinet jus suum autum, & absolutum, hinc sit, ut secundum hoc jupiterans, & secundum rationes hinc & nunc militantes pro exercitio talis juris, sit, inquam, ut non dicatur operari in talibus circumstantiis, cum injuria creaturarum, & sine ullo jure.

Deinde eidem difficultati alia via satisfieri potest, adferendo scilicet aliqua principia, quæ in contra militant. Imprimis, quia arguens videtur supponere, quod, per Ripalda, possit tunc Deus de re, ut voluerit disponere, nec per hoc injuriandam creaturam ablatione v. g. rei, circa quam obligavit Deus potestatem suam ordinariam, cum tamen expresse dicat Ripal. injuriandam, si Deus velit agere secundum potestatem ordinariam. Et ita habet n. 17. Deus fecluso jure creaturæ ad bona supernatura, poterat absque injuria negare illa creaturæ non solum potestate absoluta, sed etiam ordinaria, non potest autem, post jus creaturæ acquisitum. Et infra. Jure creaturæ adveniente, non potest Deus apprehendi absque injuria negare, aut auferre ea bona: idque eodem numero pluribus vicibus repetit. Similia habet, num. 69. Deinde concedamus interim, quod hoc dominium sit nullius momenti, potestne Deus illud conferre creaturæ, ita, ut contra illud non possit agere, nisi per potestatem absolutam? si enim non potest, quæ in hoc implicantia? si potest, habetur intentum Ripalda. Denique ostenditur, non esse hoc jus nullius momenti.

1. INSTANTIA est. Quia Deus homini bene fano vique constitutionis naturalis, dependenti, diu vivere, positoque in circumstantiis causarum secundarum, non auferentium sibi illas dispositiones, non potest per potestatem ordinariam auferre vitam: licet singulis momentis possit illam auferre per potestatem absolutam: nihilominus hoc bonum, non est bonum nullius momenti. Ergo, & dominium inauferibile per potestatem ordinariam, auferibile tamen etiam singulis momentis, si urgeant rationes ad exercendum dominium absolutum, non est dominium, nullius momenti. Neque valet si dicas disparem esse rationem, quia hic agitur de dominio. Hoc ipsum probandum est, cur dominium illud irrevocabile per potestatem ordinariam &c. sit nullius momenti?

2. INSTANTIA est. Facultas etiam revocabilis, à superioribus, data alicui Religioso, ad commoditatem præ cæteris, non est bonum nullius momenti, alias in recompensam laborum daretur nihil, & appeteretur interdum res, quæ judicatur ab appetente, nullius momenti. Ergo multo magis dominium irrevocabile per potestatem ordinariam, per ordinem ad illam, non erit dominium nullius momenti.

3. INSTANTIA est. Dominium bassum, non est dominium nullius momenti, licet rem, in quam extenditur, possit Respubl. auferre singulis momentis, si singulis momentis urgeat necessitas publica, idque jure dominii alti. Ergo, etiam & dominium revocabile &c. non erit dominium nullius momenti.

Addi

R P
THEMLOD
JANOWSKI
TOM 3. c. 4.
D. V
6

Tractatus I.

Addi etiam potest, id quod in praesenti difficultatem habet, sub dupli phrasi proponi posse. Primo. An dominium singulis momentis revocabile, sit dominium nullius momenti. Secundo, An jus singulis momentis revocabile, sit jus nullius momenti? Incipiendo a Secundo. Docent Auctores, usum simplicem & usum fructuum per hoc distingui, quia ille est ad placitum revocabilis, non hic, ex quo sic proceditur, usus fructus non est jus nullius momenti, ex eo, quod non sit ad placitum revocabilis, licet absolute sit revocabilis. Ergo, nec dominium illud erit nullius momenti, quamvis sit absolute revocabile, irrevocabile autem per potestatem ordinariam. Quod attinet ad usum simplicem: illum etiam non esse nullius momenti suadent haec. Imprimis, quia si est nullius momenti, cur potest alteri vendi? cum tamen res nullius momenti non sit vendibilis. Deinde, quia ipse donans, ex dictis supra, potest vendere talem potestatem usuarii, judicaruntque id Less. Sanch. ut vidimus supra, consequenter judicarunt, hoc, non esse jus nullius momenti. Ergo, &c. Quod attinet ad primam illam phrasim. Nego etiam tale dominium fore nullius momenti. Imprimis enim potest supponi, quod ante revocationem possit disponere de re, ut voluerit, nec per hoc sit injuriatus alium: immo nec ipsum investientem illo dominio. Negoque tale dominium esse nullius momenti: quia dominium quod hinc & nunc, idem potest praestare ac dominium irrevocabile, non est nullius momenti, hoc autem est tale. Rursus, adhuc hoc dominium longe distinguitur a potestate, quam dat superior aliquis subdito ad aliquid disponendum, & alteri dandum: nam non dat superior facultatem Religioso disponendi, ut id faciat proprio nomine, a nulloque etiam ante revocationem, dependenti; cum tamen habens dominium etiam revocabile, ante revocationem, proprio nomine, & protunc non dependenti, id faciat: quia longe diversae sunt moralitates.

Sed sit bene dominium revocabile, esse dominium nullius momenti, adhuc intentum argumentis non convincit. Imprimis: quia stando in allatis, dici potest dominium revocabile, etiam per potestatem ordinariam, esse nullius momenti, secus si sit revocabile non nisi per potestatem absolutam. Deinde, quia concessio etiam, quod illud dominium sit nullius momenti, quare adhuc potest: An possit Deus ita se obligare, sicut se obligat usu fructuario donans, spoliareque se usu fructus? Ex quo etiam addito, colligis immerito assumi; quod revocabilis potestas in Regnum Hispaniae, minus sit a estimanda praedominio trium grossorum; cum etiam arendae ut vocant apud nos grandes, plus astimentur, quam dominium unitus solidi. Denique eidem Difficultati hac via occurri potest, procedendo

in Negationibus propositionum, quae ad ultimum non demonstrantur; cum tamen in praesenti queratur demonstratio. Imprimis concedo posse Deum singulis momentis per potestatem absolutam revocare illud dominium. Negando autem hoc dominium esse nullius momenti. Negando item quod dominium in rem, quam possit aliquis auferre pro libitu suo, sit nullius momenti, semper enim talis recipiens, dicit se bono, spoliare alterum. Negoque, retento domino hereditatis, & dato dominio emptionis, nihil tunc dandum, sed illo dato, male supponitur, quod non possit donatarius quidquam facere independenter ab herede: verè enim poterit, licet sit in potestate ejus revocare, sed ante revocationem, independenter ab illo agere poterit, eritque distinctio inter talem donatarium, & inter alium, qui non est donatarius: quia utendo illa, ut non donatarius, facit injuriam heredi; eò quod non supponatur heres celsisse illi iure aliquo, in suo genere, pleno: non facit autem donatarius injuriam, nec indiget novae facultatis exhibitione, consequenter Negatur tale dominium in Hispaniae Regnum, non esse rationabilem eligendum, praedominio absoluto trium grossorum. Et licet verum sit quod titulus aliquis habendus sit in tres grossos, neimpè irrevocabilis dominii a quaquam, qui titulus non habebitur in illud Regnum Hispaniarum, aliunde tamen hoc suppletur, & sicut melius est habere hereditatem quam homagium, nihilominus homagium in Regnum, melius est, quam hereditas unius solidi, eo quod carentia præstantioris tituli, abunde aliunde suppletatur, ita & in praesenti:

PROBatur 3. Idem. Ex opposita doctrinæ sequitur, posse dici famulum & servum creaturæ, Deum. Nam si quis, aliqui ex se liber & non obligatus, cedat juri suo in suas actiones alteri, obligetque se illi ad exhibendas ejusmodi actiones, jam eo ipso tenetur ex justitia talia opera impendere, efficiturque famulus. Ergo, & Deus si cederet juri suo, & libertati ad alias actiones exhibendas creaturæ, efficeretur famulus creaturæ.

RESPONDERI potest. Imprimis, querendo, cur, si Dominus famulo, vel servo obliget actionem dandi vietum, vestitum, pecuniam &c. non efficiatur illius famulus, etiam si adhuc peccatus sit contra justitiam talia negando? cur ergo Deus non etiam idem praestare poterit, quin evadat famulus creaturæ? & si in hoc Dominus exercet dominium suum, cur non & Deus? Quodsi dicas pares esse in hoc famulum & Dominum: quia tam famulus potest obligare actionem solvendi pecuniam Domino, quam Dominus famulo, pares sunt in hoc: quia supposita obligatione, & Dominus famulum, & famulus Dominum injuriare potest. Sed in hoc sunt dispare: quia Dominus semper hoc facit

cum

cum moralitate praeclentiae, non auctem famili-
as, ita & in praesenti, idem erit verum. Rursus,
hac Deus ad actiones creaturarum non possit
concurrere tanquam famulus & servus, nihilo-
minus illum, tanquam causam primam non de-
debet, etiam ad vilissimas operationes creatu-
rarum concurrere, cur ergo obligata sua pote-
tate ordinaria, dicendus erit tanquam famulus
concurrere? & cur obligata illa potestate, ra-
tione absoluta potestatis, non erit dicendus ha-
bere adhuc prioritatem in agendo? Aliter ei-
dem difficultati respondet cit. Ripal. n. 72. Ad
servitatem requiri, ut ita sit persona juris alieni,
ut nullatenus sit sui, nullaque potestate valeat,
circa injuriam alterius, suas operationes negare,
& Deo autem retinente semper potestatem ab-
solutam, id dici non potest.

Punctum Difficultatis 2.

Formantur Rationes pro Conclusione.

PROBATOR 1. Si posset Deus ex justitia ob-
ligari creaturam, id ideo esset: quia posset
obligare potestatem suam & dominium, quod
habet in aliquam rem: nam etiam in creatis h:
obligari ex justitia; nec alio sensu, haec qua-
stio, in praesenti instituitur. Sed illam potesta-
tem & dominium non potest Deus obligare;
quia vel obligaret suam potestatem absolutam,
vel ordinariam. Non primam, quia obligatio
illa auferret Deo potestatem disponendi prout
voluerit: in hoc enim stat illa obligatio. Sed
a Deo non potest auferri potestas disponendi
prout voluerit: quia illa potestas est annexa
Deitati, ita ut illius ablatio, auferret Deitatem;
& sicut non potest auferri a Deo omnipotentia,
immenitas, sapientia; ita nec illa potestas: tunc
enim non nisi idque falva Deitate, Deus ex sup-
positione aliquid facere non potest, quando il-
lud non posse facere, est bonum appetibile na-
ture intellectuali, nec contrariatur perfectioni
simpliciter simplici, qualis perfectio, est domi-
nium. Non etiam potest dici secundum: quia
si posset Deus obligare potestatem suam ordinariam,
retenta absoluta, vel obligaret illam se-
cundum id, quod dicit in recto, vel secundum
id, quod dicit in obliquo: neutrum dici potest.
Non Primum; quia potestas ordinaria in recto,
idem dicit, quod & potestas absoluta, nempe
Deitatem. Ergo si potestatem absolutam ob-
ligare non potest, nec poterit ordinariam, se-
cundum id quod dicit in recto acceptam. Nec
enim potest obligari potestas secundum id,
quod dicit in obliquo: Quod probatur. Hoc
quod in obliquo importatur tam a potestate ab-
soluta, quam ordinaria, est aliquid esse crea-
tum. Ergo si obligari potest potestas ordinari-
am secundum id, quod dicit in obliquo, pote-
st obligari & potestas absoluta. Quod ipsum

probatur: quia totam mutationem, defectumq:
dominii, relicere tunc possemus in defectum a-
licujus in obliquo importati; diceremusque ca-
rere tunc Deum potestate absoluta, non secun-
dum id quod dicit intrinsecè in recto, & pro sub-
jecto, sed secundum id, quod dicit in obliquo
pro extrinseco &c. Sicut etiam careret tunc po-
testate ordinaria secundum id, quod haec pote-
stas dicit in obliquo, non secundum id, quod di-
cit in recto; & tamen probatum est, non posse
obligari potestatem illam absolutam.

RESPONDEBIS 1. Hoc obesse, quia obliga-
tione illa, etiam obliqui, posita, sequeretur jam
Deum non esse formaliter Dominum absolu-
tum: quod tamen est de ratione Deitatis.

CONTRA est. Absurdum est Deum non es-
se formaliter Dominum absolutum, cum sola
retentione dominii absoluti, secundum id quod
dicit intrinsecè & in recto. Ergo, etiam absurdum
est, non esse Deum formaliter Dominum
per potestatem ordinariam: quamvis retentu-
rus sit tunc dominium potestatis ordinariae, se-
cundum id quod dicit potestas ordinaria in re-
cto, quod argumentum infra urgebitur, robo-
rabiturque ex solutione argumentorum in op-
positum.

RESPONDEBIS 2. Quamvis eadem sit en-
titas creaturam, tam respectu potestatis ordinari-
ae, quam respectu potestatis absolutae; nihilo-
minus potest esse inobligabilis respectu poten-
tiae absolutae, obligabilis respectu potentiae ordi-
nariae: sicut eadem est entitas alibi respectu al-
lius albi, ac respectu nigris: & tamen respectu al-
bi habet rationem similis, non habet autem re-
spectu nigris.

CONTRA est. Quia non ex eo præcisè, quod
sit eadem entitas, urgetur obligabilitas, sed quia
insuper posset salvari, quomodo tunc maneat
dominium illud immutatum, quod sua intrin-
seca; & tamen ex altera parte; non est major ra-
tio unius obligationis quam aliud; est autem ma-
jor ratio, cur albedo sit similis albo non nigro, id-
que petita ex definitione ipsius similis vulgata
ab Arist. *similia sunt, quorum qualitas eadem.*

RESPONDEBIS 3. Ideo non esse obligabilem
potestatem absolutam: quia hoc ipso desineret
Deus esse Deus. Jam autem si obliget potesta-
tem suam moralē ordinariam, Deus, non desin-
net esse Deus.

CONTRA. Ex dictis, non desineret Deus
esse Deus obligata potestate ordinaria, ratione
connotati. Ergo, idem dicendum, si obliga-
ret, seu quod idem est, si se spoliaret potestate
sua absoluta. Rursus, & non desineret esse
Deus obligata hac potestate, ut tu dicas, & desin-
neret: quia desineret esse Deus, si careret po-
testate absoluta; cum tamen potestas absoluta
& ordinaria sint idem; ad eum modum, quo
quamvis differant animal & rationale in homi-
ne, ratione diversorum conformatorum: nihilo-
minus si desineret esse animal, desineret esse ra-

* G ratione.

R. P.
I. H. MLOD
ianowski
Tom 3. c. 4.
D. VI
6

tionale. Sic quamvis hæc duæ potestates differant ratione connotatorum, una desinente vel obligata & altera desinit vel obligatur: consequenter ex alterutrius defectu desinere Deus.

PROBatur 2. Permissa divisione in potestatem absolutam & ordinariam: nondum sequitur posse Deum abdicare se illa potestate ordinaria. Ergo, inter Deum & creaturam, non potest intercedere justitia rigorosa: ex hoc enim solo fundamento intercederet. Antecedens probatur. Permissa divisione in potestatem absolutam & ordinariam, deberet adhuc ponit in Deo dominium quam perfectissimum, quod sit possibile: hoc enim principio regulatur Christiana Theologia, in concedendis Deo perfectionibus. Sed si concederetur posse se abdicare potestate ordinaria: non poneretur dominium perfectissimum possibile. Ergo, permissa divisione in potestatem absolutam, & ordinariam, nondum sequitur posse Deum abdicare se illa potestate: Minor probatur quodam Prima partem. Tum quia. Si poneretur dominium illud absolutum auferibile a Deo, & ante solam obligationem potens, prout voluerit, agere, non poneretur dominium perfectissimum. Ergo, & dominium potestatis ordinariae, si ponatur auferibile a Deo, non erit dominium potestatis ordinariae perfectissimum. Tum quia. Si ponatur dominium ordinariae potestatis; unum quidem auferibile, & aliud non auferibile, praे illo priori, hoc posterius habebit prædicatum inauferibilitatis. Ergo, apparet quod illud prius non sit perfectissimum, cum illi in ratione dominii, addi possit perfectio, inauferibilis. Tum quia. Quod habeat creatura Deum ita sibi obligatum, est aliqua perfectio, & quidem melior, quam ejus negatio. Ergo, cum illa obligatio perficiatur abdicatione potestatis ordinariae, illius abdicatione, erit perfectio nisi amissio: si enim alicuius acquisitione est perfectionis acquisitione, ejusdem carensia, erit perfectionis carensia. Tum quia. Si princeps non solum sit dominus iure alto, sed ita, ut comparativè ad illum, nullum sit dominium privatum & basium, est Dominus longè perfectior: quia cum exclusione dominii sibi quomodo cunque, derogantis: derogationes enim, dominium restringunt; hinc Dominus Monarchicus excellensissimus est in ratione dominii: quia exclusus derogationum dominii. Ergo, etiam si ponatur dominium potestatis ordinariae inobligabile, ita ut contra illud, nullum jus creaturae, procedere possit, erit dominium perfectius. Tum quia. Creatura est essentialiter servus: hæc enim servitus fundatur in ratione entis ab alio, unde sicut in nulla ratione, est ens a se, ita nulla est ratio, in qua creatura, non sit servus essentialiter. Quodsi creatura est servus essentialiter. Ergo, nullum illi dominium & jus respectu Dei competere poterit. Tum quia,

Si Deus spoliaretur dominio absoluto, non salvaretur Deitas per solam aseitatem, vel rationem essentiae perfectissimæ in ratione essentiae: quamvis hæc formalitas, sit radix potestatis absolutæ. Ergo, nec recte salvabitur, si Deus non habeat potestatem ordinariam. Tum quia. Non potest se Deus obligare, ne possit aliquam creaturam annihilare. Ergo, nec potest obligare potestatem ordinariam, vel si hoc dicis posse fieri, admittisque creaturam essentialiter inanihilabilem, poteris etiam admittere, quod possit Deus obligare etiam absolutam suam potestatem & si id negas, quare affirmabis posse obligari ordinariam? Tum quia. Quamvis in creatis sit excellentia, facere alios Dominos, spoliareq; se jure, id tamen ad Deum accommodari non potest, idque ex multiplici capite: nam imprimis, hæc Instantia probaret, quod omni jure se Deus spoliare possit: quia etiam id facit creatura. Deinde, quia cum creatura non per essentiam sit Dominus, bene potest se abdicare hoc dominio; jam autem Deus per essentiam habet potestatem, etiam ordinariam, licet exercitum ejusdem, non debatur illi, per essentiam. Rursus, depurgatis imperfectionibus in donatione creatæ, qualis est carere jure, nullus manet donationis conceptus. Ergo, ex creatis hæc donationes justitiales, ad Deum transfigredi non debent. Denique in tantum in creatis facere alios Dominos est perfectio, in quantum perveniri potest ad bonum aliud, cuius est indigentia, & alio modo hic & nunc haberi non potest, iturque per infortunium ad fortunam, a creatura, quæ non est de se sufficiens ad bona, quæ voluerit possidenda. Sed id de Deo dicinon potest, quia est sibi plenissima sufficientia. Tum quia, non potest Deus spoliare se jure immediate conservandi creaturam, reliquo sibi jure non nisi de absoluta potentia illam destruendi. Ergo, nec potest se spoliare jure potestatis ordinariae.

PROBatur 3. Quia divisio potestatis, seu dominii in usum potestatis, & potestatem licet admitti debeat: retinet enim Deus potestatem ad multa, & illorum non habet usum: divisionem in potestatem ordinariam, & absolutam, videtur esse nulla. Quod ipsum, probatur. Admittenda est divisio in hoc, quod potest Deus operari de potentia absoluta: & in hoc, quod potest operari de potentia ordinaria; & tamen non datur divisio in hoc, quod non nisi de potentia absoluta scire potest, & in hoc, quod etiam de potentia ordinaria, noscere potest. Quæroque ex oppositis: quænam sit regula taxandi, legitimam esse aliquam divisionem, in membra absoluti & ordinarii? Cui item hæc divisio non teneat in scire divino? quæ ratio si legitima fuerit, militabit etiam ad destruendam divisionem in dominium absolutum & ordinarium: Si enim dicas, scire non nisi de potentia absoluta.

Disputatio III.

75

absoluta in volvere imperfectionem, majorem aliquem conatum, exclusionem praesentis perfectionis; idem dicam de carentia potestatis ordinariae. Posset haec regula dari & taxa, ut recte aliqua dividantur in absolutum & ordinarium in Deo, si dicitur, quando agetur de talibus, quae nata sunt perfectionare aliud extra se, v.g. operativa divina circa creaturas, nata est perficere creaturas: quia autem scientia divina, non est nata perfectionare objecta extra Deum posita, sed Deum noscentem, fit, ut non dividatur in scientiam ordinariam & absolutam: quia autem etiam dominium perfectionat non creaturam, quam deicit ad conditionem servi, sed ipsum Deum: fit, ut etiam non possit recte dividiri, in dominium absolutum & ordinarium. Sed quare nonnisi, quae nata sunt perfectionare alia extra se, possunt dividi in potestatem absolutam & ordinariam? hujus rationem ipsa industria in scientia & operativa divina, aliisque similibus, ostendit, quae nobis notiora sunt. Deinde, quia non videtur in iis, quae perfectionant ipsum Deum, esse locus absolutae potentiae & ordinariae: nam suas felicitates Deus aequaliter possidet. Denique posito quod nonnisi de potentia absoluta convenienter aliquid perfectionativo ad extra, non sequitur defectus perfectionis in ipso habente potestatem, cum non sit natum perfectionare, nisi alia extra se. Jam autem in illis, quae sunt nata perfectionare ipsum habentem, quam talem, si sit defectus alius membra divisionis, erit defectus, in ipso non habente. Non nego quidem, quod sit perfectio habere perfectionem perfectionantem ad extra; sed tantum dico in istis valere divisionem, de qua controvertitur, quae sunt perfectiones primo respicientes, & ordinatae, ad aliud extra se, perficiendum. Ad eum modum quo, licet ex communis ratione accidentis, relatio dicat esse. In, pro primario tamen, dicit esse, Ad. Posito autem, quod praedicta regula non teneret, quae cunque alia dabitur, si sit legitima militabit pro nostro intento.

Quod attinet ad Instantias, quibus praedicta divisio illustrata à Ripalda, non convincunt. Concedo dari duplum potestatem agendi in Deo, ut voluit instantia, prima & quinta. Sed nego Consequentiam, sicut negaretur, si quis ponereat duplum scientiam dari, absolutam & ordinariam. Rursus. Nego minus connecti cum Deo potestatem ordinariam, quam connectatur cum Christo dominium excellens; consequenter utrumque erit inabdicabile. Obligatio quidem alicius potestatis in Christo contendi potest, si illa non sequatur ipsam unionem hypostaticam, & ejus suppositionem; jam autem, ex dictis, potestas ordinaria sequitur conditionem Deitatis. Res publica potest aliam potestatem obligare, quia non est de ejus

essentia habere omnem possibilem potestatem, & perfectionem, secus est de Deo.

4. INSTANTIA. Non supponit dominum proprietatis justitiale in Deo, non est contra nos, si autem supponit, & tueretur quis creaturae ad Deum justitiam rigorosam, adhuc non probaretur Deum posse obligari creaturae, ex justitia, si autem negetur dari etiam creaturae ad Deum justitiam, ipsa instantia supponet hoc, quod probandum fuisset.

DIFFICULTAS III.

Solutio Objectionum.

PLures in hac parte formatae sunt ab Auctori- bus objectiones, quas partiendo, sit.

Punctum Difficultatis 1.

Argumenta ab Auctoritate.

OBIECTUS 1. Arriaga. Varias Auctoritates, ut, quod Beatitudo appellatur Corona justitiae &c. quod in Concilio Ephesino c. 7. dicitur. Christus in sua satisfactione ex qua debitum, ad justitiae amissum, quod Tridentinum definit justis proponeat esse gloriam: & ut hereditatem, & ut mercedem, quem locum sic urget. Quando Deus reddit gloriam, ut mercedem, non reddit ex debito nonnisi standi suis verbis: hoc enim non sufficit, ut dicatur esse merces: nam etiam ipsis infantibus baptisatis, titulo fidelitatis, dat illam Deus, & tamen, in omnium dat illam Deus, & tamen, in omnium sententia, debitum illud non est mercedis. Ergo, debitum ob bona opera est majus, quam debitum fidelitatis.

RESPONDEatur. Loca scripturae procedere de justitia quidem, sed non rigorosa, quae scilicet ponat defectum potestatis in Deo, ad agendum vel negandum, sine injuria, sed procedere de justitia liberalius sumpta, hoc est, quod nonnquam Deus in aequalitatem committat per defectum in assignatione præmiorum, attenditque ad aequalitatem sive arithmeticam sive Geometricam in justitia reperibilem, quamvis sine obligatione justitiae rigorosa. Hinc dat gloriam justis, velut mercedem: quia in illius collatione, injuriam nunquam committit, attenditque ad positionem actionis meritoriae, ut attenderet rigorosa justitia, quae positio actionis meritoriae, quia non datur in infantibus baptisatis, ideo illis non datur beatitudo, ut merces. Breviter, ergo in hoc statuit justitia illa latior: quia nata est totum præstare id, quod & rigorosa justitia, seclusa obligabilitate potestatis divinæ.

Conformiter, ad dicta in prima Parte dici posset, quod hic significet Trident. dupli- mative moveri Deum ad dandam beatitudinem

* G 2

adul.

R. P.
R. M. L. O. D.
J. M. W. S. K. I.
T. M. 3. e. 4.
D. V. I.
G

adultis: nempe & titulo misericordia, quo nos adoptat in filios; & titulo meritorum absolutè prævisorum, quod indicat *Lymerces*. Sed inde non sequitur ulla obligatio in Deum. Denique retineri potest etiam ex doctrina Vasq. quod Deus justis adultis reddat gloriam, tanquam mercedem, ex obligatione tamen solius fidelitatis, quæ ipsa fidelitas distingui adhuc potest: nam est aliqua fidelitas fundata in solo placito promittentis, non intuitus aliud, quam conservationem suæ veridicitatis, & alia est fidelitas, quæ non tantum in solo placito promittentis fundatur, sed etiam respicit taxam actionum alias, in gratiam oblatarum. Prior illa non fundat rationem mercedis, solumque illa repertur in collatione gloriae infantibus, vel adultis justificatis, qui nulla opera exercuerunt; Posterior fidelitas fundat rationem mercedis. Ita in aliquibus Religionibus datur merces exemptionum, & præmium ratione certorum laborum; & tamen ad hæc ipsa præmia Religio non tenetur, nisi lege fidelitatis. Quando autem Christus dicitur. *Exequasse debitum adiustitia amissum*: sensus est, posuisse Christum tantum, quantum requirere posset, etiam rigorosa justitia, imò plus, cum hoc, tamen stat, ut non detur illa rigorosa intercedens justitia, inter Deum & Christum.

INSTAT 1. Arriaga. Vela condignitas operum infert aliquam obligationem majorem quam fidelitatis, vel non infert, si infert erit illa justitialis, si non infert. Ergo, non magis debet Deus augmentum gratiæ bene operanti, quam debeat primam gratiam, vel perseverantiam.

RESPONDETUR conformiter ad primam Responsionem. Intercedere illuc obligacionem justitiae latiori modo sumptæ. Conformiter autem ad Vasq. dicitur, est, augmentum gratiæ pluribus titulis deberi, quam perseverantiam finalem, licet intra speciem fidelitatis.

INSTAT 2. Idem. Nemo propriè vocatur injustus sola violatione fidelitatis. Unde non dicitur esse Deus injustus, si neget perseverantiam justis. Ergo, differitur a PP. de alio prefiori gradu quam solius fidelitatis.

RESPONDETUR. Differere PP. de justitia latiori modo sumpta, hoc est; Virtute æquandi merita præmis, licet sine ulla adstrictione, strictè justitiae. Conformiter autem ad mentem Vasq. dicitur, est, differere de alio prefiori gradu intra speciem fidelitatis supra explicata, licet nonde prefiori, extra gradum fidelitatis.

INSTAT 3. Idem. Munus justitiae Dei prescribit unicuique reddere secundum operas sua, si ve mercedem, sive pœnam, nulli autem redditur pœna, ex mera fidelitate. Ergo, nec merces.

RESPONDETUR. Nulli pœnam reddi ex mera fidelitate, secundum præcisè veridicitatem, aut potius pro ipso stare promissis acceptam.

ptam: nemo enim est dignus pœna, quia aliquis verè dicit, se illum punitur; potest tamen reddi pœna ex mera fidelitate, hoc est, ex virtute non extracta ultra speciem fidelitatis, respiacente tamen alia v.g. meritum facti; malitiam, operis &c. cui se veridicitate sua potest adstringere, ad opponendam pœnam. Conformiter autem ad primam Responsionem, dici potest, quod non tantum munus justitiae rigorosa prescribat unicuique reddere quod suum est, sed etiam munus justitiae latius sumptæ, stans in hoc, quod est ponere eam æqualitatem sine obligatione, quæ posueretur cum obligatione.

INSTABIS 4. Assumendo ea, quæ sibi in simili objicit Ripalda. Justitia hæc latiori modo sumpta, potest intervenire ad tribuendum bona congrua dispositioni, & tamen Auctoritates aliae admittunt in meritis condignis justitiam. Ergo, loquuntur de stricta justitia.

RESPONDETUR. Sicut oppositi, collationem gratiæ pro merito de congruo, non dicunt esse justitiale, ob defectum excellentiæ in illis actionibus, defectum pauci, defectum propositionis præmissi; ita & in præsenti dicetur, non intervenire tunc justitiam illam à nobis admisam, quæ est æqualis strictè sumptæ, in aliis fermè, excepta, stricta obligatione.

INSTABIS 5. Ex eodem. Licet Deus antecedenter non promisisset mercedem, nec pauci fuisse, cum homine, posset ex justitia illa, latiori modo sumpta, tribuere bonis justorum meritis præmium: quemadmodum tribuit animo potentias, & naturis rerum proprietates. Ergo, hic intelligitur strictior justitia.

RESPONDETUR. Deficiente pauci, non interveniret justitia latiori modo sumptæ, prout hic à nobis ponitur: quia etiam illa requirit pauci, rationem accepti &c. Deus, autem confert rebus suas proprietates, non intuitu accepti, adeoque nec ex justitia latiori, qualis hic à nobis admittitur. Particularius expendendo Auctoritates.

Auctoritates Sacrae Scripturae propo-
nuntur.

1. *L*ocus est. Ad Rom. 4. *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*, quem locum interpretatur Chrysost. Serm. 8. col. 2. *etiam homo debitorem sibi Deum habet.*

RESPONDETUR. Deum esse debitorem ex justitia, latiori modo sumpta, ut dat tantum, quantum debet, imò plus quam debeat: attendendoque in taxa præmissi non ad merum suum placitum, sed etiam ad conditionem operum; licet hoc ipsum faciat, non ex obligatione strictè justitiae. Quo etiam modo interpretari possumus Chrysost. Anselm. D. Thomam apud eundem Rip.

2. *Lo-*

4. Locus est. Ad Hebr. 6. *Non enim in-
jusus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri.* Nul-
lus autem est proprius injusus, nisi violaret de-
bitum justitiae propriae. Quod eo sensu accipit
D. August. L. de Nat. & grat. c. 2. L. 4. contra
Julian. cap. 3. *Deus namque ipse, inquit, quod ab-
solutus est, si ad ejus regnum verus non admit-
tur iustus.*

RESPONDETUR ex dictis. Forcetur in-
jussum in iustitia latiori modo: nam de stricta,
non loquitur Aug. Et certe cum attendat iusti-
tia ad exclusionem inaequalitatis: sive illa ex-
clusio fiat ex obligatione stricta, sive non stricta:
ubi illam excluderis, iustus vocaberis.

3. Locus est ex 2. ad Timoth. 4. ubi vita æ-
terna appellatur, *Corona iustitia, in quem locum*
S. Thom. Lect. 2. *Corona, inquit, iustitia dicitur,*
quam Deus ex sua iustitia reddit. August. tr. 3.
in Joan. circa medium, *iam debitum inquit, flagi-
tus, jam debitum exigit.* Bernar. L. 1. de gratia,
promissum quidem ex misericordia, sed ex iustitia
solvendum, similia habet Ansel. in Expositione
eiusdem loci. *Non dabit, inquit, Coronam iusti-
tia, sed reddit mihi quae debitam.* Et certe sim-
plicius per coronam iustitiae accipietur merces
ex iustitia. Verba autem scripturæ, accipienda
uoluntur, nisi obstet absurdum.

RESPONDETUR. Nequicquam loqui Apo-
stolum de iustitia rigorosa, & auferente Deo
potestatem exhibitam disponendi. Erit ergo
ex iustitia latiori, quæ tamen non sit collatio
meremisericordiosa: haec enim non attendit ad
conditionem accepti, ad quam attenditur in
hac retributione. Quid autem ob sit, ne illa
verba simpliciter accipiuntur, petatur ex ratio-
nibus conclusionis, & ex iis, quæ ostendunt
non posse obligari, per Ripalda potestatem ab-
solutam.

4. Locus ex Matt. 20. Ubi agitur de con-
ductione operiorum, quæ significat, per PP.
recompensationem laborum, & tamen in illa
conductione est contractus; intervenit ratio-
nem quod tuum est. Dicitque August. Serm.
73. in Joan. *Si tibi debebatur merces, reddita est,*
non gratia donata.

RESPONDETUR. Si in illa parabola non a-
gitur de vocatione ad Ecclesiam, tam Judæo-
rum, quam Gentium, sed de recompensatione
per vitam æternam, non est necesse id intelligi,
de rigorosa iustitia, sed de latiori: quodque illi
sit contractus conductionis, sed ex latiori iusti-
tia, respiciens ad datum & acceptum. Nec pa-
rabola cum omni rigore accipienda; certe enim
SS. non murmurant in cælo contra Deum.

5. Locus est. Ex Phrasibus scripturæ, quæ,
bona spiritualia vendit à Deo significant; ita ha-
betur Isaia 56. Apoc. 10. Matt. 18.

RESPONDETUR. Veritatem significat amil-
lis verbis, esse de iustitia latius sumpta, conve-
niente in hoc cum iustitia rigorosa: quia etiam

attendit ad conditionem accepti, cum in mera
misericordia, utpote definitivè gratuita, ad id,
non attendatur.

Auctoritates SS. Patrum.

PRÆTER citatas. Primus Locus est. PP. Græ-
corum. Chrysost. hom. 3. in Matt. inter me-
dium & finem, *in saluari e per gratiam confidere,*
ut se ille tibi debitorem fateatur.

RESPONDETUR. Nihil hinc agi de debito
rigoroso: hoc solum significatur, nos non debe-
re multum tribuere meritis nostris, cum iustitiae
nostræ sint tanquam pannus menstruæ.
Quando autem Basil. dicit hom. 12. in Proverb.
à cœlesti judge deductam nostram iustitiam,
docet deductam non quoad vim obligandi:
nam hujus obligationis, non habetur, ex dictis,
radix in Deo, sed deductam in exemplo servan-
dæ æqualitatis, & impendendi, sui quanti, ad
quantum aliud.

2. Locus est PP. Latinorum. Cypriani,
Lib. de Operæ & Eleem. Sed illic nihil loqui-
tur, nec innuit de iustitia, in quantum auferit
potestatem expeditam agendi, prout voluerit
Deus, adeoque non agit de iustitia rigorosa.
Quando autem Ambro. L. 1. Offic. cap. 16. di-
cit, *quid poscis, quod tibi debetur, non est strictè lo-
catus, alias nemo posset dicere, Adveniat re-
gnum tuum, quod meretur.* Sed solum signifi-
cat promptitudinem Dei, quam non sit necesse
commonere officii, & licet Ambr. in Psalm. 118.
velit Deum conveniri, hoc est, actionem adver-
sus illum institui, id rigorose accipio non debet:
Cui enim judicio subditur Deus? sed, ut dixi,
solum significatur promptitudo Dei in retri-
buendo. Quando autem August. Præfat. ad
Psal. 31. Lib. de Grat. & Lib. arb. cap. 8. Serm.
16. de Verb. Aplic. col. 1. in Psal. item 83. &
Epist. 105. appellat Deum debitorem. Nego
quod appelleret debitorem secundum rigorem
iustitiae.

Auctoritates Conciliorum.

PRIMA ARAUSICANI 2. Can. 18. *Debetur
merces bonis operibus, si fiant. Sed gratia, quæ
non debetur, præcedit, ut fiant.*

RESPONDETUR. Mensem Arausicanum suu-
se, non determinare, quod illic sit rigorosa ju-
stitia, sed quod necessaria sit gratia, gratis con-
ferenda, quæ posita, tum primum meremur:
voluit enim Arausicanum opponere se Semi-
Pelagianismo.

SECUNDA EST SENENSIS. *Ei qui fidem
servaverit &c. coronam iustitiae reddit.*

RESPONDETUR. Id fieri posse sine rigore
sæ iustitia.

TERTIA TRIDENT. sup. cit. quod expli-
candum, ut supra.

* G 3 Pun.

R. P.
H. MLOD
1800 M. S. K.
tom 3. e. 4.
D. VI
G

Rationes Oppositorum.

OBJICIT 2. Suar. Justitia per se, & prae-
cise sumpta, dicit perfectionem simpliciter,
nullamque in suo formaliter conceptu imperfec-
tionem includit. Quod ipsum probatur. Ex
generali ratione virtutis, quae non passiones mo-
deratur, sed operationes rectas facit: talis enim
virtus, est perfectio intellectus, vel voluntatis,
quatenus haec sunt principia operationum abs-
que passione, quod formaliter nullam imperfec-
tionem importat. Deinde *Justitia est constans*
& *perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi*:
nulla autem ex his particulis imperfectionem
importat: voluntas enim perpetua de bono,
perfectio est, tribuere etiam aliquid alteri ex vi
hujus conceptus, imperfectionem non est, ad quod
respxit S. Paulus, dum dicit, *Beatus est dare*.
Denique quod is, cui aliquid datur, habeat jus
ad illam rem recipiendam, non redundat in per-
fectionem dantis, nec minuit in justitia ratio-
nem virtutis, immo addit excellentiam supra alias
virtutes morales.

R E S P O N D E T U R. Retinendo hanc solutio-
nem, quam huic argumento opposuit Suar. o-
ffendendo imperfectionem, & quanam parti-
cula definitionis, imperfectionem importet in
justitia, scilicet supposito jure altius tribuere
quod suum est, magnam esse perfectionem: hoc
tamen ipsum supponit imperfectionem in tri-
buente, nempe & debitum tribuendi, & dimi-
nutionem in perfecto dominio ejus rei, quam
tribuere tenetur. Oritur ergo illa imperfectio
non ex ratione generica virtutis, nec ex ratione
hac, quod sit moderativa actionum, sed ex pra-
dicato obligationis potestatis, quae obligatio
imperfectionem importat.

I N S T A T 1. Suar. Si illud jus sit ex volunta-
te ejus, qui illud soluturus est, tollitus in hac
parte talis imperfectio.

R E S P O N D E T U R. Non auferendam, secun-
dum dicta superius. Deinde, spoliare se domi-
nio, habere que diminutionem in bonis, quod
non sit imperfectio, non probat Suar. fieri au-
tem ex propria voluntate, hoc ipsum non excu-
sat ab imperfectione: nam habere imperfectio-
nem ex propria voluntate, non excusat, sed ac-
cusat, facere que aliquid: quia volo, salvat qui-
dem libertatem, sed non perfectionem, cum et-
iam facimus mala, quia volumus.

I N S T A T 2. Quod spolatio dominii, per se
non requiratur, ad conceptum justitiae. Unde
etiam ejus exemplum est in Republ. & men-
bris ejus: singula enim membra, habent jus,
cum quo stat jus Republicae.

R E S P O N D E T U R. Quod non semper qui-
dem, quando alteri jus suum tribuitur, tribuens,
spoliet se omni dominio; semper tamen aliquo

spoliat: Nam cum dominium sit potestas uten-
di prout libuerit sine injuria, ut ajunt, alterius
quando alteri tribuitur jus, jam non manet in
tribuente, illud dominium. Hinc etiam in Re-
publica, non manet dominium, ut ita dicam,
particulare, & si extra causas justas boni publici,
acciperet bona privatorum, peccaret contra
iustitiam.

I N S T A T 3. Idem. Licet ratio debiti, quae
ex lege & directione procedit superioris, imper-
fectionem supponat, ratio tamen debiti, ut sic,
abstracter est: potest enim oriri sine lege, ex in-
trinsicâ natura & rectitudine voluntatis, quod non
est imperfectum, adeoque potest tribui
Deo.

R E S P O N D E T U R. Debitum' justitiale posse
oriri sine lege; ortum tamen etiam ex rectitu-
dine voluntatis importat imperfectionem: quia
obligationem potestatis, ut in posterum non
possit utire, prout libuerit.

I N S T A T 4. Idem. Deo obligato ex justi-
tia, non importatur defectus dominii divini:
quia dominium illius est universalissimum, &
altioris ordinis, quod non excludit dominium
proprium creaturæ. Sicut causalitates univer-
salses divinæ, non excludunt causalitatem crea-
turæ, immo multa sunt bona creata, quorum
Deus non aliter efficitur Dominus, quam do-
nando illa creaturis, & ita non esset in Deo domi-
nium beatitudinis creaturæ, nisi easdem
bearet.

R E S P O N D E T U R. Altitudo dominii divini
non excludit quidem dominium in creatura,
comparata ad aliam creaturam, sed si obligaret
Deus suam potestatem, illam quam obligaret,
illâ careret; et si illam non obligaret non esset
justitiale debitor: posset enim sine injuria ne-
gare. Sermo de causis infra redibit.

I N S T A T 5. Idem. Quamvis non reperiatur
in Deo ratio substantiae vel scientiae secundum
specificam creatam rationem, reperiuntur
tamen secundum rationem genericam. Ergo
idem dicendum de justitia.

R E S P O N D E T U R. Cum in causa antecedenti-
tis, nulla imperfectio interveniat, ponenda est
substantia in Deo, intervenit autem imperfectio
obligationis in justitia.

Urget etiam Suar. Auctoritatem S. Thomæ.
Sed S. Thom. non plus significat, quam quod
nemini injuriam faciat Dei, & quod in praemendo,
attendat ad acceptum. Docetque
ulterius, ex ratione generica proxima, non re-
pugnare Deo virtutes, quae circa actiones ver-
santur. Sed inde non sequitur, quod ex speciali
sua ratione non repugnant, sicut repugnat
Deo, ut sit obediens.

O B J I C T 3. Ripal. Reclam componitur per-
fectissimum dominium Dei, cum stricta justitia,
obligante potestatem ordinariam; sufficit enim
ut maneat absolutum illud dominium non obli-
gatum,

Disputatio III.

72

gatum, manente obligata potestate ordinariâ. Sicut obligat Prætor potestatem privatam non publicam. Christus item dominium aliquod proprium. Creaturæ item possunt obligari sub peccato potestate præceptiva, non consultiva; potestate item dominii proprietatis possunt obligari ex justitia, potestate vero domini iurisdictionis, solum ex obedientia.

RESPONDE TUR. Disparitates petendas ex rationibus Conclusionis, ut quod Prætor & Christus non debeat convenire omne possibile dominium, ut, quod nulla sit divisio in potestate absolutam & ordinariam. Paritas de præceptiva, non vero consultiva, non tenet: quia implicat consultivam, quia talem, esse obligativam: quia ea, quia consultit Deus, relinquit ut possint fieri, vel non fieri; adeoque non obligando ad peccatum: consequenter habebit Deus aliqua dictamina, ex natura sua non obligativa, non est autem repugnantia, ut quæcumque est in Deo potestas disponendi, sit inobligabilis, & si non repugnat, poni debet in Deo: qui est abyssus perfectionum. An creaturam Deus obliget ex justitia, de hoc infra. Disparitas etiam dari potest: quia implicat dominium jurisdictionis obligare ad aliud, quam ab obedientiis: ad hanc enim exigendam ordinatur: non implicat autem non obligari nec diminui ullam potestatem divinam.

Objicit 4. Idem. Potest Deus homini tribuere gloriam: quia sua est, seu homini debita jure proprietatis. Ergo poterit ex justitia obligari. Antecedens probatur. Quia creatura potest acquirere jus proprietatis, quo aeternam gloriam faciat suam: tribuunt enim Theologi ius iustis ad gloriam, tanquam filiis adoptivis & hereditibus, cum adoptio & hereditas ferant ius ad hereditaria bona, pertinetque ad dominium Dei, posse sua bona aliis dare, aliosque, eorum Dominos constitucere.

RESPONDE TUR. Ab illis solum Theologis tribui ad gloriam aeternam ius rigorose justitiae, qui oppositum nobis sentiunt. Aliud est de hereditate creatura: quia haec acquiritur a persona, cui non debetur omne possibile dominium. Concedo quidem spectare ad dominium Dei, posse sua bona dare; sed nego ad dominium unispectare, ut se exuat dominio; sicut nec dominium absolutum exuibile est.

Objiciuntur 5. Paritates.

1. Paritas in ante etiam tacta. Competit Deo vis causandi res creatas, nec repugnat, ut competit vis causandi creaturas, etiam creaturas. Ergo, poterit etiam competere & dominium Deo in rem & simul creaturæ etiam, per ordinem ad Deum.

RESPONDE TUR. Nulla est experientia, & nulla ratio pro consequenti, cum tamen experientiam habere creaturas vim causandi. Rursum, si etiam creatura habeat vim causandi crea-

turam, non sequetur minus Deum posse, quam antea potuerit, adeoque in hoc nullum erit absurdum; minus autem poterit Deus obligato suo dominio: nam antea poterat disponere prout vellet, nunc non posset ut ante, sed non nisi per potentiam absolutam. Item si creaturis non tribueretur vis agendi, falsum esset; quod esse, sit propter operari, spoliarenturque perfectione debita illorum naturæ. Jam autem ius contra Deum, nec fundatur in ipso esse, nec est perfectio debita. Rursus, illa vis agendi in creatura esset subdita Deo, disponereturque de illa Deus prout vellet, adeoque illa causativitas, non est derogativa Deo. Jam autem illud dominium creaturæ, faceret, ne jam Deus disponere possit, prout voluerit, sine injuria. Addo. Prædicatum universalis causæ, licet fundet in Deo, ut ad omnes actiones creaturarum concurrat, hoc ipso enim non esset causa universalis, non fundat tamen, ne creaturæ agant, hoc ipso enim jam non haberet Deus titulum concurrentis, nec titulum causæ primæ, nullam scil. habens secundam. Causativitates ergo creatæ exiguntur ab aliquo indubie prædicato Deitatis. Jam autem, ut creaturæ contra Deum excipere possint, suoque se jure illi opponere, in nulla perfectio divina fundatur: immo titulus dominii divini fundat, ne creaturæ contra Deum excipiat. Denique vis causandi creaturæ tributa, nihil minus manet in vis causandi divina, minus autem maneret in Deo, de potestate.

2. Paritas. Licet Deus non possit imperare peccatum, est tamen Dominus perfectus. Ergo etiam erit, quamvis non possit disponere, prout libuerit.

RESPONDE TUR. Disparia esse: quia impossibile est Deum velle peccatum; & disponere de illo ut sit: quia voluit; est autem possibile, ut disponat de creatura, prout libuerit.

3. Paritas. Potest servus, quoad alias actiones, manu mitti. Ergo & creatura.

RESPONDE TUR. Disparitatem esse: quia dominium in creaturis non est quid essentiale, adeoque diminiutibile. Secus in Deo.

4. Paritas. Potest Deus pati diminutionem dominii, casu quo rem anihilet. Ergo, poterit pati diminutionem per voluntariam obligationem.

RESPONDE TUR. Disparitatem esse, quia habete dominium aetiale rei non actualis, non est possibile: esset enim dominium in nihil, adeoque nullum. Jam autem possibile est, ne unquam possit ligari dominium rei in rem existentem, consequenter id Deo dari.

5. Paritas. Datur in Deo voluntas, quia, prosequitur honestatem justitiae, ex proprio illius motivo. Ergo etiam poterit Deus habere & ipsam virtutem justitiae, habendoque illum aetum circa honestatem justitiae, poterit habere & hunc, obligo me tibi.

RESPONDE TUR. Argumentum probare

*G 4

mul-

R P
H. MLOD
1800 M. SKI
TOM 3. e. 4.
D. VI
6

multum; probat enim quod cum amet Deus honestatem obedientiae, possit habere virtutem obedientiae. Directe autem dici potest, ex eo praeceps, quod detur aliquis actus hujus virtutis, non sequitur jam debere dari & alium actum ejusdem, ob cujus tamen actus, tanquam principalis, defectum, nec ipsa virtus dabitur. Sed de hoc alias etiam actum, ubi an Christus fuerit Subjectum poenitentiae.

Punctum Difficultatis 3.

Argumenta pro obligabilitate dominii etiam absoluti.

OBJICITUR 1. Quia Deus est fidelis, credimus esse impossibile, ut etiam de potentia absoluta, desit primum promissum. Ergo etiam, quia justus est, justitia Dei obligabit etiam absolutam potentiam.

RESPONDETUR imprimis; negando subjectum consequentis, est scilicet Deum justum rigorose. Attendo autem ad vim medii termini, Disparitas est: quia si Deus posset non stare promissis, derogaretur perfectioni divina, nempe fidelitati; quae est bonum naturae intellectualis; satisfaciendoque Deus suam fidelitatem, semper exercet suam perfectionem, eaque fruatur, quia bonum fidelitatis, est bonum naturae intellectualis. Jam autem si obligaretur ex justitia, derogaretur perfectioni divina, nempe dominio; cum Deus per essentiam sit Dominus, sicut per essentiam est fidelis, praesertim cum sit bonum naturae intellectualis dominium, malum autem carere illo, ut careret illo, si illud obligaret.

INSTAR 1 potest 1. Ergo saltem pro uno eodemque instanti poterit Deus esse obligatus ex justitia, cum ex illa dat, cum per nos in instanti donationis, sit dominium penes utrumque.

RESPOND. Est quidem etiam in donante dominium, sed tale, ut sit de essentia illius, habere vim, extinguendi dominium in donante pro sequenti tempore; nihil autem Deus potest in se tale habere, quod sit extintivum perfectionis illius.

INSTAR 1 potest 2. Supponamus censeri ab Angelis veram esse hanc sententiam, quod in instanti donationis uterque sit dominus in solidum; convenienter inter se ex pacto justitiae, ut semper donent & redonent, eo casu nullus se spoliabit dominio, & tamen uterque erit justus, investietque alium dominio. Ergo idem poterit facere & Deus.

RESPONDETUR. Etiam tunc in actu primo intercedet spoliatio dominii in Angelo, in quantum donat; spoliatio autem perfectionis, etiam in actu primo in Deo, repugnat Deo.

OBJICITUR 2. Hac obligatio non repugnat: quia dominum perfectissimum Dei, est integrum cum potentia antecedenti disponen-

di pro libitu; at Deum esse obligatum sua promissione, etiam quoad potestatem absolutam, non tollit potestatem antecedentem, sed solum consequentem. Ergo, obligatio illius potestatis, non repugnat.

RESPONDETUR. Quod obligatio per promissionem, de qua Minor procedit, non repugnat Deo, secus obligatio iustitiae, quia illa relinquunt quidem potestatem antecedentem pro ipsam obligatione, sed non relinquunt post obligationem, adeoque nec relinqueret jus in Deo.

OBJICITUR 3. Jus acquisitum creaturae promissione Dei, obligat ex justitia potestatem, etiam absolutam: quia post factam promissionem, nulla potestate est possibile libitum Dei, oppositum libito creaturae. Ergo, etiam obligat potestatem absolutam Dei.

RESPONDETUR. Posita illa obligatione per promissionem, salvabitur, adhuc dominium Dei absolutum, dupli titulo. Imprimis conditionate: quia, si per impossibile, fieret oppositum promissis, ponereturque negotio futuritionis rei promissae, nulla per hoc irrogaretur injuria creaturae, quod ostendit manere adhuc in Deo potestatem & dominium non ligatum. Deinde, salvari potest ratione diversarum formalitatum: nempe dominii & fidelitatis. Quod scilicet impossibilis sit negotio rei promissae, quantum ex vi fidelitatis, licet sit possibilis, quantum ex vi dominii. Sicut v. g. non est possibile, ut Deus naturali concursu exhibito per omnipotentiam, producat gratiam supernaturalem, licet hoc illi sit possibile in quantum est Auctor excedentium; & si possibilis vel impossibilitas alicuius, potest attendi penes omnipotentiam, sic vel sic sumptam, cur non poterit attendi impossibilitas penes fidelitatem, possibilis penes dominium? ad eum modum, quo aliquis in pluribus dignitatibus constitutus, secundum unum titulum non potest facere, potest secundum alium.

INSTAR 2. Caret Deus jure ad negandam gloriam promissam, etiam per potestatem absolutam: quia repugnat jus ad usum impossibilem pugnantem cum esse Dei: neque enim potest esse jus in Deo, ut ipse non sit Deus, jama autem negare rem promissam, est usus impossibilis, pugnans cum esse Dei.

RESPONDETUR ex dictis; repugnare jus ad usum impossibilem, respectu cuius, est usus impossibilis, non autem respectu cuius, usus non est impossibilis. Jam autem respectu fidelitatis est impossibilis usus de quo queritur, non respectu dominii: praeceps autem cum obliget se Deus, quod hoc non sit futurum, non autem quod absolute non possit etiam hoc, si ex quacunq; potentia vellit facere, illudque prius sufficit ad formalitatem fidelitatem.

OBJICITUR 4. Etiam potestas divina absoluta est subiecta voluntati divinae. E. obligari potest.

RESPON-

RESPONDETUR. Esse illam subiectam, non quoad suam in Deo reperibilitatem: neq; enim abrogari potest à Deo; licet sit subiecta, quoad suum exerceri.

INSTABIS. Jus creaturæ in Deum, non debet esse obligatio instituta à Deo ad aliud, quām ut sit in utilitatem creaturæ, quæ obligatio potest esse, etiam circa potestatem absolutam.

RESPONDETUR. Si illud jus sit ex titulo similitudinis divinæ, haberi posset à creatura, sed non sub onere injuria, obligationisque rigorofa.

OBJICITUR 5. Etiam supposita obligatio in dominio, potest adhuc salvare dominium in Deo id; duplii titulo. Imprimis, quia dominium debet esse respectu possibilium; hinc licet chymaram non possit Deus annullare, est adhuc perfectus Dominus. Jam autem supposita promissione, non est possibilis in Deo actus utendire illa, prout voluerit. Deinde quia habet in potestate voluntates hominum, quibus aliquid promitteret, adeoque illas inclinaret, ad id non præstandum, quod eis promisit, si vellet non præstare.

RESPONDETUR. Quod ad primum attinet. Cum negemus obligari dominium Dei, negamus consequenter non esse possibilem a domum utendire illa, siquidem datur potentia illius a domus inobligata. De chymara disparitas est, quia non utendo illa, prout libuerit, nulla sequitur in dominio Dei: nunquam enim potest illa uti, prout liberet. Si autem cum possit inante, utire Deus ad libitum, nunc autem non posset, fieret mutatio in dominio, impossibileq; est dominium in chymaras, possibilis inobligata potestatis.

Quod attinet ad secundum. Necdum salvabitur dominium Dei: quia ponetur dependens à consensu humano. Rursus per ordinem factum ad gratias inefficaces, adeoque non impenitentes consensum, non posset sine injuria operari. Denique antecedenter ad imperatum consensum creaturæ, careret illa potestate. Illustrari solet instantia, si esset Petrus tam efficax in dicendo, ut posset persuadere creditori remissionem debiti, non ideo tamen esset Dominus stante debito, ita & in præsenti.

INSTABIS. Deus habet perfectissimum dominium nostrarum voluntatum, quamvis de illis non possit disponere independenter ab illis consentientibus. Ergo, & rerum obligatarum adhuc posset Deus habere perfectissimum dominium, quamvis de illis non possit disponere, nisi illis consentientibus, quibus obligavit dominum. Imo videtur de facto Deus obligasse suum dominium in voluntates creatas, in principio non prædeterminantium; siquidem uti illis non potest, independenter à consensu creaturæ.

RESPONDETUR. Cum nusquam habuerit

Deus potestatem, salvâ libertate necessitandarum voluntatum, quamvis eas non necessitet, verè adhuc manet non diminutum dominium, diminutum autem esset, si obligaretur, cum esset inobligatum. Addo quantumvis illas necessitaret adhuc injuriam non inferret, inferret autem, si procederet ut liberet, habendo obligatum dominium.

QUÆSTIO II.

An Creaturæ ad Deum, posset dari perfecta Injustitia?

NEGAT Vasq. Hurt. de Incarn. Began. Merac. Ponunt illam alii cum Suar. in quantum illam ponunt in Deo. Aliqui illam negant in Deo, ponunt in creatura qualis Lugo. d. 3. n. 55. Fassolus autem 1. p. q. 21. a. 1. dub. 5. non ponit creaturam posse esse Deo justam, sed ponit posse esse injuriam.

DICENDUM est. Non posse dari strictam justitiam creatura erga Deum.

Probatio Conclusionis, quæ sit adferenda, ut videatur. Sit

DIFFICULTAS I.

Examinantur Argumenta Negan-
tium.

CUM in 1. P. docuisset Vasq. non reperiri justitiam rigorosam, inter Deum, & homines, ut videre est disp. 84. Respondit illi Suar. præcipue opusculo de justitia Dei. Iterato refutavit illum Vasq. 1. 2. d. 223. Aliqua ex illis adferenda sunt.

Punctum Difficultatis 1.

Proponitur Primum Argumentum.

PRIMA RATIO est ex Vasq. 1. P. d. 85. n. 18. Petita ex natura objecti justitiae commutativæ, cuius formalis ratio in æqualitate dati & accepti consistit. Objectum formale justitiae commutativæ, ejus distinctivum, est æqualitas dati & accepti. Sed inter creaturam & Deum non potest esse dicta æqualitas. Ergo. Major probatur Auctoritate S. Thom. id docentis 1. p. q. 21. a. 1. & 2. 2. q. 61. a. 3. & Auctoritate Arist. 5. Eth. c. 2. ubi dicit, specialem justitiam versari circa tria tantum bona, pecuniam, honorem, & salutem, & nisi statuatur in his æqualitas justitiae, sequitur in omni virtute esse justitiam propriæ & speciali modo: quia omnis virtus observat in sua operatione æqualitatem cum sua regula. Et, si facere aliquid secundum voluntatem superioris, quod illi placet, est opus justitiae specialis, & ex tali opere constituitur æqualitas justitiae in retribuendo mercedem, tunc sequitur, in omni opere bono esse datum, & con-

R. P.
H. MLOD
JANOWSKI
1803. e. 4.
D. VI
6

& contrà passum, sicut in quovis contrahente cum alio, quod postulet retributionem ad justitiam. Et ita omne opus bonum erit justitiae specialis, quod est omnes virtutes confundere. Deinde Arist. 5. Eth. 4. assignans justum commutativum, dicit illud esse in emendandis commerciis. Et in c. 5. in omni commutatione esse repulsionem, eo quod pro accepto retribuendo, patiatur abdicando dominium. Postremo, quia justitia debet esse inter duos retributionis capaces; quoties enim nihil interest unius, id quod alius facit, nullam cum eo justitiam commutativam servare potest. Ergo ad justitiam specialem requirit, ut utriusq; mutuo sit, quod datur & accipitur. Min. probat ex illo Job. 25. *Si justè egeris, quid donabis ei. Job. 22. quid prodest Deo si justus fueris, aut quid ei confert, si fuerit immaculata viatua.* Deinde Deus ita est supra omnem creaturam, ut nulla re creata indigeat, nec aliquid extra se in suam cedat utilitatem, etiamsi in honorem, gloriāq; illius fieri dicatur: honor enim est in honorante, at inter honorem hominis & Dei magna differentia: quia dum honoratur homo, etiamsi honor ipsius in alio sit, & ipse etiam ignoret, est tamen ei utilis: honor autem, quem Deo facimus, non est in utilitatem illius.

RESPONDET I. Suar. Opusc. de Just. Dei n. 14. hæc vera esse de justitia humana, quatenus tali, prout de illa egerunt Philosophi: neq; eadem specie virtus moralis inclinat homines ad servanda hominibus jura, & servanda Deo; non esse autem vera de justitia formaliter & abstractius accepta, quæ sit virtus moralis inclinans voluntatem hominis ad servandum illæsum jus divinum, quæ virtus erit formaliter commutativæ justitiae: quia proprium commutativæ, est jus proprium alterius servare seu retinere. Et sic religio, prout est virtus reddens debitum Deo, est specialis justitia, sacrilegium non est contra justitiam humanam, est tamen contra justitiam, quæ reddit debitum Deo. Idem dicendum de blasphemia, quæ si sit contra veritatem fidei, sub hac ratione fidei opponitur, revera autem est Sacrilegium contra Religionem.

CONTRA. Tum quia. Universaliter dictis locis egit Philosophus, de justitia, & si posuit eius objectum quod excludit justitiam inter creaturam & Deum, hoc ipso negavit justitiam creaturæ ad Deum. Tum quia; dicit Vasq. proprium commutativæ esse jus alterius servare non quomodocunque, sed in ratione dati & accepti utilis, negabitque ulterius Vasq. religionem in rigore esse justitiam commutativam, eo quod non reddit debitum, quæ utile, concedetq; Vasq. eundem actum ratione diversarum formalitatum posse diversis virtutibus opponi, ut adulterium opponitur justitiae & temperan-

tiae, sed negabit sub illa formalitate sacrilegium opponi juri justitiali divino; cum non auferat Deo ullum utile.

ADIT I. ad Responsonem Suar. cit. n. 17. Majoris est momenti, quod pertinet ad honorem & estimationem alterius, quam ad utilitatem, & commodum, et si in nobis honor; & fama utilitate mensurentur, ideo est, quia est inferioris ordinis; Divinus autem honor est per se estimabilis; alioqui tantum illum Deus non commendaret, nec honor & gloria Dei possent esse materia specialis obligationis erga Deum, si Dei nihil interest opus illi promissum: nihil enim estimabit quod fiat necne: potest item Deus facta sibi promissione & pacto, speciale jus acquirere, redditioque talis juris, formaliter ad justitiam pertinebit.

CONTRA est. Tum quia. Concedo esse majoris ex objecto momenti honorem & estimationem, præ utili; sed nego quod honor possit esse materia justitiae, nisi in quantum utilis est. Tum quia; quamvis honor creatus sit inferioris ordinis, est tamen verè honor, & nihil minus non est objectum justitiae, nisi in quantum utilis, & si censeretur, ut ita dicam, inter bona inutilia, illius violatio, non esset injustitia. Ergo, cum Deo non sit utilis honor illius, non erit materia justitiae. Concedo quidem Dei honorem, esse per se estimabilem, sed nego quod sit estimabilis in ordine ad justitiam, si non habeat formalitatem utilis.

ADIT 2. Suar. Sæpe Deum pacisci cum creatura de operibus, intervenitque illic commutatio, ut etiam agnovit S. Thomas in 3. p. q. 85. a. 3. dicitq; illic intervenire commutationem quandam, unde æqualitas commutativæ non debet esse ut sic æqualitas dati & accepti cum mutua utilitate: id enim spectat non nisi ad creatam commutativam. Sufficit ergo, ut ponatur commutatio aliqua, id est, exhibito aliquis actionis, vel passionis ex parte utriusque personæ, ut verum & proprium jus justitiae, inter eas interveniat. Quod ipsum ulterius probat: quia commutativa inclinat voluntatem ad reddendum alteri, quod est aliquomodo suum ratione dominii, aut æquivalentis juris; ideo etiam includit necessitatem quandam, quam nomine debiti significamus, quæ necessitas oritur, vel ex injuria, vel ex contractu, aliis, et liberalis donatio.

CONTRA. Tum quia. Concedo, posse illic intervenire pactum; sed nego, quod pactum, commutativæ justitialis: deest enim specificativum, nempe datum & acceptum utile: Tum quia. Expressè S. Thomas dicit intervenire illic aliquam commutationem. Ergo non est rigorosa, adeoque nec justitialis propriè. Tum quia; nego ex dictis rationem dati & accepti cum mutua utilitate solum formalisare creatam justitiam: nam Philosophus definio-

com-

Disputatio III.

83

mutativam, respexit ad utile. Ergo, si hoc non habetur, in commutatione facta à parte Dei; hoc ipso non habetur definitio commutativæ, adeoque justitiae. Unde ulterius conceditur, commutativam includere voluntatem reddendi suum, sed nego, quod reddendi suum, quo-
cunq; modo, sed reddendi suum utiliter.

ADIT 3. Idem. Quod dicitur commutativam versari circatria bona pecuniam, honorem, & salutem, id verum est de justitia humana, sed improbabile est, esse hoc objectum justitiae commutativa, ut sic: quia neque consequens potest aliqua ratione probabili suaderi. Quod ipsum illustrat. Misericordia si consideratur, quatenus inter homines exercetur, adsequata illius materia, sunt bona materialia: nam etiam in bonis spiritualibus nonnisi mediis actionibus corporis subvenitur; & tamen agnoscimus fieri misericordiam per interiores actus, ut orando, per externas item actiones Sacramentorum &c. quamvis Aristoteles has materias non agnoverit. Ergo, sicut non sequitur, non dari misericordiam altiore, ita nec sequitur non dari justitiam altiore. Quod ipsum ulterius ex hoc colligit Suar. Quia quod illa bona, sunt materia justitiae inter homines, inde est: quia nonnisi in his bonis, homo potest laeti, vel ditior aliquo modo fieri: si ergo dentur personæ intellectuales inter quas possit esse communicatio in alio genere bonorum, poterit etiam esse jus proprium ad tale bonum: unde universaliter materia adæquata commutativa erit, omne illud bonum, quod quis debet, & potest conferre alteri ex vi proprii juris.

CONTRA. Tum quia. Immerito assumit Suar. Consequens illud non habere fundamentum: ponit enim Aristoteles cit. hæc verba. sed hacten supple particularis commutativa) circa honorem, aut pecunias, aut salutem, aut si cunctanomine non possent comprehendendi, circa rationia veratur, ob voluptatem, qua à lucro consequitur. Ubi ut vidimus rationem commutativam pecunia, famæ, salutis, constituit Aristoteles, voluptatem à lucro, sibi utili consequentem, quo posito infertur consequens. Ergo, si Deus non habet lucrum, comparatus ad creaturam, non habet etiam justitiam commutativam: nam hæc per Aristotelem, respicit lucrum, & si definitivè per Aristotelem respicit commutativum lucrum, cum hoc non reperiatur in Deo, non reperiatur definitivum commutativum; adeoq; neque ipsum definitum, commutativa justitia. Optimè autem infertur consequens, & probatur consequentia à negatione definitionis ad negationem definiti. Tum quia, ea quæ adfert de misericordia, non convincunt: nam si definitivè misericordia esset subventionis corporalis, excluderetur etiam illa à Deo; sed quia definitivè misericordia, est subventionis

alienæ miseriae, bene illa ponetur in Deo, cum illi hæc definitio conveniat. Quia autem definitivè, per Aristotelem, debet esse commutativa circa lucrum seu utile, cumque Deus nullam utilitatem ex operibus nostris percipiat, bene inferimus, Deo commutativam non convenire. Tum quia. Nego bene predictam commutativam à Suar. assignari; nisi addatur, quod debeat conferre alteri utile: quia nisi hoc addatur, non ponetur ad mentem definitionis voluptas lucri. Cum tamen posita sit ab Aristotele; hinc eam non ponere, erit non ponere hoc, quod posuit, tanquam rationem definitivam Aristoteles.

ADIT 4. Idem. Quomodo contra passum ad hanc justitiam requiratur. Non enim requiritur, ut ab alio accipiat aliquid utilitatis: nam quando promissio obligat ex justitia, ille, qui solvit, nihil ab illo accipit utilitatis; saepeque etiam inter homines ponitur stipendium ex justitia, pro opere nullius utilitatis, imò nec voluptatis, ut si quis det stipendium, ut interficiat, vel mutilet innocentem. Et si dicas esse utilitatem: quia expletur illius appetitus & voluntas; est hoc abuti terminis; alias implere voluntatem Dei, quando aliquid præcipit, esset aliquid facere inutilitatem illius. Non etiam requiritur, ut qui retribuit, mali aliquid patiatur: nam per se hoc nonnisi necessarium est, ut jus alterius exæquetur. Quod autem hoc fiat per privationem dominii alteris, per accidens est. Et sicut in subveniendo alteri semper aliquis se privat dominio rei, vel saltem usu, aut onus aliquid suscipit, neq; tamen de ratione misericordia est repassio. Ergo quamvis justitia humana involvat repassum, non sequitur, quod involvat justitia, ut sic. Et sicut potest aliquis subvenire miseria sine repassione, ut si pro altero oret, ita & in justitia evenire hoc potest, causa, quo quis ex stipendio teneatur talem orationem facere. In hoc ergo solo stabit repassio, quod tanta debeat esse retributio unius, quanta fuit operatio alterius.

CONTRA. Tum quia. Ut urget Vasq. l. 5. d. 223. replicans rationes Suatii. Ea quæ adfert de misericordia, non convincunt: quia nemo dicit de ratione misericordia, esse abdicationem dominii. Unde etiam inter homines est sine abdicatione dominii; dato v.g. solo usu fructus. Jam autem repassionem requirit Aristoteles ad justitiam, & commutativam inter homines, non est sine abdicatione dominii. Tum quia. Quando aliquis accipit pecuniam, ut interficiat innocentem, onus illud occidendi, non potest non esse pretio estimabile. Tum quia. Nego, quod ille, qui ex justitia solvit promissum, nihil accipiat utilitatis, quamvis hæc & nunc non accipiat, & si nihil accipit utilitatis, obligabitur ad solutionem ex mera fidelitate. Tum quia. Nego, non percipi à condu-

gen-

R. P.
H. MLOD
JANOWSKI
TOM. 3. c. 4.
D. VI
G

cente utilitatem ex occidente innocentis, qualis esset v.g. utilitas ne se infestet, ne causam urgeat &c. hinc non erit utilitas illa oriunda ex prae- cisa impleione voluntatis conductoris: sed alia erit utilitas, quam innui, vel alia similis. Tum quia. Nemo de definitiva ratione misericordiae etiam creatae, ponit repassionem: Jam autem cum non loquatur de justitia creatae Aristoteles, sed de justitia sine addito, censendus erit loqui de justitia ut sic; ad quam tamen repassionem requirit. Tum quia. Casu, quo quis orationem teneatur ex justitia facere, interveniunt ea, quæ assumit argumentum, nempe utilitas ejus, qui conductit, & utilitas ejus, qui conductitur, ratione pretii, consequenter habetur etiam passio, & repassio: & si non haberet utilitatem ex oratione, non solveret ex justitia. Tum quia; ad repassionem debet quidem esse tanta retributio, quanta fuit operatio alterius, sed non quomodocunque, sed prout habet rationem utilis.

ADDITIONES 5. Idem, varias instantias, quibus probat latius patere justitiam, quam commutationem inter homines, quia inter Angelos ipsos in pura natura consideratos, talis commutatio potuisse reperiri, & si verum est, posse unum Angelum vim inferre Angelo alteri, hæc actio posset esse inter illos injuria. Item si illum decipiat in contingentibus & liberis, vel infamet. Item si non exhibeat honorem, quem forte ratione officii, alteri debet.

CONTRA. Ex Vasq. Dispar est ratio de Angelis: nam illi commodi, & incommodi capaces sunt, secus Deus; adeoq; prædicta definitiva commutativa justitiae, poterunt ad Angelos etiam extendi, ipsaque virtus justitiae, intercedere inter illos.

RESPONDET 2. Ripalda. Tenere Aristotalem L. 4. Eth. c. 3. ad justitiam pertinere exhibitionem, vel ablationem honoris, licet strictè utilis honor non sit.

CONTRA est. Quia sub termino, fama, quæ etiam est materia commutativa, includuntur omnia bona, adeoq; & dignitas. Et sicut fama strictè utilis non est, quia aliam habet definitiōnem, & nihilominus ut sit materia commutativa, per Aristotalem debet habere rationem lucri, ultimoq; per lucrum formalisari; ita & dignitas, ut sit materia commutativa, debet habere rationem utilis.

RESPONDET 3. Lugo de Incarn. d. 3. n. 64. Quod etiam ante illum innuit Suar. opusculo citato n. 27. Argumentum multum probare, illa bona non posse esse etiam materiam charitatis & amicitiae erga Deum, imo nec fidelitatis: Nam sicut justitia inclinat ad servandum jus alienum, circa commodum & utile: sic amicitia ad desiderandum commodum amici, fidelitas ad implenda promissa circa utile: nam promissio de re indifferenti, quod impleatur

non refert: quamvis ergo peccatis non lœdatur intrinsecè Deus, quia tamen estimatio extrinseca est prudenter appetibilis, poterit ad hæc ipsa, darijus in Deo.

CONTRA est. Tum quia, admittit amicitia, ne respiciatur utile. Hinc si aliquis amet alium, quia hoc sibi utile est, non censabitur esse amicus; si ergo admittit, imo requirit ne respiciatur utile, poterit esse bene contenta amicitia etiam extrinsecis bonis amici, & non tantum intrinsecis. Unde etiam amicitia non definitur per velle utile & lucrosum alteri: quia autem definitur commutativa per rationem lucri, si hæc ratio non reperiatur, non reperiatur commutativa. Tum quia. Nego titulo fidelitatis, neminem obligari ad danda indifference: semper enim veridicitati, negatione etiam indifference rei, contraveniretur; ad dandum autem utile quæ tale, supercedet adhuc titulus justitialis. Tum quia. Concedo estimacionem externam esse prudenter appetibilem, sed nego, posse appeti à Deo, tanquam illi utilem. Consequenter, nec tanquam materiam justitiae.

Hæc sint dicta pro defensione Argumenti Vasq. de quo ipso Argumento, quid sit ex objecto sentiendum, infra dicetur.

Punctum Difficultatis 2.

Proponitur secundum & tertium Argumentum.

SECUNDA RATIO est ex eodem Vasq. Nulla creatura, aut peccatis suis, aut alio modo potest inferre Deo damnum. Ergo, etiam & nihil tribuere illi potest, quod vere in utilitatem & compensationem Dei cedat: contrarium enim eadem debet esse ratio. Unde blasphemie, sacrilegia, & odium Dei non sunt proprie peccata injuritiae: opponunt enim alii virtutibus: blasphemia fidei, sacrilegium religioni, odium charitati, quæ à propriè justitia maximè differunt. Unde etiam per S. Thom. 3 p. q. 85. a. 3: *Etiam si pænitentia sit pars justitiae, in ea tamen non servari justum simpliciter, quod ipsum ostendit, pænitentiam non esse justitiam rigorosam, adeoque non esse partem subjectivam, sed potestativam justitiae.*

RESPONDET 1. Suar. Quod hic non ponatur justitia talis inter Deum & homines, qualis ponitur inter ipsos homines. Unde talis justitia pars subjectiva non est justitia erga Deum, sed est pars justitiae formalius & abstractius accepta, quæ sit virtus moralis inclinans voluntatem hominis ad servandum illæsum omne jus, & dominium divinum, quodcunque illud sit: consequenter dicit, reddere cultum Deo debitum, non pertinere ad justitiam commutativam humanam, sed ad divinam, quæ Religio appell-

Disputatio III.

85

appellatur. Quæ ipsa Religio, dupliciter accipitur. Primo ut dicat totum genus quoddam virtutis moralis, reddens debitum Deo. Secundo prout specialiter dat solum cultum honoris, per modum observantiae. Dicit autem Suar. le loqui de justitia priori modo sumpta, & sic claudit sub le justitiam, quam homo debet servare erga Deum, sive omnis virtus participet propriæ hanc justitiam, sive non; blasphemia etiam, licet in quantum est contra veritatem fidei, opponatur fidei, revera tamen est directe sacrilegium contra Religionem.

CONTRA est. Tum quia, ex vi horum, quæ affumit Suar. non tantum sequitur peccatum non esse contra justitiam humanam, sed etiam neque contra justitiam, quæ sit specialis virtus, intendens æqualitatem hominis ad jus divinum. Quod ipsum probatur. Quia virtus moralis intendens jus quodcunq; divinum servare, potius importat complexionem virtutis, & si per hoc salvias, quod scil. se constitutat virtus illa in ratione specialis, per ipsam reduplicatio nem motivi, scil. intendendo servare honestatem in æqualitate ad jus divinum quæ tale: quia tamen extenditur ad quodcunq; jus divinum, adeoque etiam ad jus non rigorosum, nec cum injurya violabile, needum sequitur tali etiam conceptu posito dari, justitiam rigorosam inter Deum & hominem; si autem dicas te loqui de servando jure divino rigoroso, probandum fuisse, esse illud rigorosum, quamvis non adserat Deo ullum utile.

Tum quia. Concedo, blasphemiam sub diversa formalitate posse spectare & ad fidem, & ad Religionem, sed nego vel religionem, vel aliquam aliam, esse virtutem rigorosæ justitiae inter homines & Deum. Tum quia; ut urget Vasq. quamvis peccatum injurya in Deum aliquando vocetur, non debet strictè illa vox accipi: sed eo sensu, quo dicitur etiam Prov. 9. qui arguit derisorum injuriam sibi facit; cùm tamen nemo peccet contra se, in justitiae peccato: hinc peccatum dicitur in justitia, quia non æquatur regularis legis. Sequitur item in omni peccato esse duplē speciem peccati, infamiam nempe, propter oppositionem ad aliquam virtutem, & quod sit contra justitiam erga Deum, cùm tamen id ante doctrinam Suarri non sit auditum. S. etiam Thomas 3. p. q. 85. a. 3. dicit penitentiam non servare justum simpliciter. Tum quia. Inauditum est in scholis de duplice Religione, ut facit Suar. disputans, Sacrilegiumque semper censetur esse vitium Religioni, & non justitiae erga Deum, oppositum. Tum quia, hanc merito etiam sumitur vi voti non tantum nos obligati ex virtute Religionis, sed etiam rigorosæ justitiae. Vel enim sumunt religionem, inquit Vasq. secundo modo hoc est pro virtute Deo cultum exhibente, & sic non est

rigorosa justitia, ut ipse docet Suar. Vel priori modo, & sic contradicetur sensu communi, qui ad Religionem secundo modo sumptam revo- cat votum Deo factum.

3. RATIO Ejusdem Vasq. ibidem 1. p. num. 12. Si ex eo, quod nos Deo offerimus opera nostra, quæ apud eum meritoria sunt, & ipse pro eis retribuit, dicetur servare commutativam propriæ, sequitur ante quamlibet promissionem ad id obligari: nam si accipit obligativæ justitiae litera debet retribuere.

RESPONDEST Suar. In Opusc. n. 38. Ad hoc, ut ex operatione unius redundet obligatio justitiae in alio, non satis est, ut opus ipsum sit tali mercede dignum, secundum moralē æstimationem, sed neesse est, ut ex alterius voluntate & formalis, & virtuali pacto, cum illo fiat: quia nemo potest ex justitia obligari, præsertim ab alio, qui non est superior, nisi intercedente consensu & voluntate illius; & sic, qui in aliena vinea non vocatus laborat sua voluntate, nihil ei tenetur Dominus solvere ex justitia. Neque valet si dicatur, sufficere quod Dominus videat labore & consentiat in opus utile; quia aliud est videre & consentire in opus mihi utile, aliud vero consentire in illam utilitatem, tanquam emptam & mercede solvendam. Illud quidem prius intercedit, sed non sufficit ad justitiae obligationem: potest enim acceptare, ut liberale beneficium, quod fors non acceptaret, si sciret pro illo esse redendum pretium. Ad eum modum, quo in curiis Principum aliquis alium honoris causa sequitur, quod si ex pacto faceret, mereretur retributionem; quando tamen id facit voluntate sua aliquis, etiamsi alius videat, imo gaudere se ostendat, non propterea ex justitia obligatur. Multaque sunt utilia, quæ si pretio sint emenda, prudentes homines ea excusant; requiritur ergo pactum per se loquendo: quia si in circumstantiis personarum & operis moraliter constaret ibi intervenire pactum tacitum, jam tunc oriretur obligatio justitiae, quia in moralibus tantum operari solet consensus tacitus, sicut expressus, quando cadunt in idem si sit consensus, ut dictum, non in utilitatem, sed in pactum.

ADDIT Suar. Etiam, posito, quod inter homines sine promissione ex solo videre & acceptare oriretur obligatio justitiae, nondum oriretur in Deo, independenter ab ejus promissione; quia tacitus consensus tunc inducit obligationem, quando is, qui laborat, nullo titulo esset debitor talis rei, vel operis, & ita si is qui laborat, sit servus, nunc quid labor ejus poterit obligare ex justitia, propter solam scientiam, & consensus sine ullo pacto? Creatura autem multis titulis est obnoxia est Deo. Denique secluso omni pacto, poterit adhuc intercedere ratio meriti & præ-

* H

missi

R. P.
H. MLOD
ia 10 WISKI
TOM. 3. c. 4.
D. VI
G

mii, cuius retributio, ex parte Dei, pertinebit ad aliquam justitiam latius sumptam.

CONTRA. Tum quia. Expressè Vasq. dicit, tunc videre, & consentire, inducit sine pacto obligationem justitiae, quando Dominus more humano, suspicari non potest illud obsequium gratis exhiberi. Tum quia. Universitatem non ex vi promissionis, sed ex vi accepti non gratuitè, oritur obligatio merentis: si quis enim pro re alicuius valente ro. promitteret. si promisio non staret, & contra fidelitatem, & contra justitiam peccaret. Ceterum si solveret s. residuum autem s. non solveret, non peccaret quidem contra promissionem, peccaret tamen contra justitiam. Ergo obligatio justitiae oritur non ex pacto, sed ex recepta. Tum quia; additum illud Suar. non convincit: multa enim sunt opera nostra non debita Deo, titulo necessitatis, sed honestatis, qualia sunt opera consilii. Ergo, saltem hæc inducerent in Deum obligationem justitiae ex vi accepti, independenter à pacto, & illa ipsa obligatio, quæ Deo alio titulo debentur, non tollit in illis dignitatem ipsorum ad vitam æternam. Ergo, etiam poterunt obligare Deum ex justitia: si enim aliquid obstaret, hoc ipso deberent esse talis naturæ, ut etiam tollatur in illis dignitas; nam quotiesquis accipit ab alio rem sibi debitam, aliquo titulo, nempe misericordiæ, idè non debet pro illa solvere: quia hoc ipso, quia est illi debita, non manet apud ipsum digna alio pretio, quamvis alias digna eset, nisi deberetur.

Punctum Difficultatis 3.

Continuatur idem Examen.

QUARTA RATIO. Ejusdem Vasq. in i.p. d.85.n.28. Creatura Deo comparatur sicut parvulus Patri, servus Domino, inter hos autem justitia esse non potest. Antecedens probat multis, ex auctoritate Aristotelis s. Eth. c.6. & S. Th. 2. 2. q. 57. a. 4.

RESPONDET. Suar. opera nostra, quadam ratione, esse ita nostra, ut non sint Dei, quatenus scil. libera sunt.

CONTRA. Ex eodem Vasq. ibidem. Tum quia. Valor operum nostrorum est ex gratia, quæ à Deo provenit, libertasque est solum fundamentum meriti, nec facimus Deum novo aliquo titulo Dominum nostrarum actionum; & sic, quia filius non potest à qualibet honore de ferre patri, constituitur ad hoc virtus à justitia distincta; ita etiam quia creatura non potest Deo à qualibet honore reddere, non ex justitia illum reddet. Tum quia, uturget in i. 2. d. 102. n. 25. Filius non emancipatus, non potest esse justus Patri, Deus autem non potest emancipare creaturam. Tum quia. Quando filius non emancipatus excusat agrum Patris, non est di-

gnus pretio, eo quod id v. g. debitum sit, si autem pactum intercessisset, fieret dignum pretio. Jam autem quando nos præstamus opera in obsequium Dei, ante pactum et offerimus rem dignam vitâ æternâ; præcipue in sententia, quæ rationem meriti non formaliter per acceptationem. Ergo, ex illis operibus induci potest obligatio justitiae, ratione dati independenter à pacto, si alias illa inter creaturam & Deum dari potest.

5. RATIO. Ejusdem Vasq. quam sic sibi proponit Suar. Opus. cit. n.42. Quoties offeritur creditori res à qualis debita, debitor satisfacit, & creditor tenetur acceptare, & si hoc facere nolit debitor; evadit liber, consequenter quando creditor acceptat satisfactionem, quæ per se non necessariò expellit debitum, nec cogit ad acceptandum, talis satisfactio non est à qualis. Unde inferuntur duo. Christus non satisfecit Deo ex propria justitia: quia satisfactio Christi formaliter per se ipsum non reddit nos imitantes à culpa & reatu pœnæ; alias non esset nobis necessaria jam applicatio meritorum Christi, nec potuit Christus, seclusa promissione, obligare Patrem. Infertur aliud, unumquemque hominem justum, seclusa omni promissione, satisfactio Deo ex justitia, per opera pœnalia: Quod Argumentum fusius proponit idem Vasq. cit. i. p. a. n. 38.

RESPONDET I. Suar. quoad satisfactionem propœna, & supponit certum esse de fide, mortali peccato remissio quoad culpam, non remitti semper reatum pœnae temporalis, quod supplicium, licet ex natura rei debeatur peccato; tamen quod in particulari illud supplicium tale sit, pertinet ad ordinationem Dei, tantitas item remanentis reatus pœnae: potuisset enim Deus majorem contritionem ad plenam remissionem exigere, consequenter erat necessaria ordinatio divina, cotisentanea quidem ipsis rebus, non tamen existens in ipsis, sine accessu ordinatiois divinæ; quo posito. Sic urget Suar. Vel potuit Deus illam penam ita taxare ac definire, ut omnino illa luenda esset, nec computari pro altera pœna, quantumvis magna; vel non potuit? si non potuit. Contra erit. Quia ostendit non potest, quod nulla pœna hujus vitæ sit ejusdem rationis, vel à qualis physicè cum pœna purgatorii. Ergo, cum pœna hujus vitæ sit justa, utpote à qualis pœna purgatorii, potuit Deus illam solam definitè velle, sicut in iudicis etiam humani arbitrio posita est, electione justæ pœnae hujus vel illius; spectare quæ hæc videtur ad universalem providentiam divinam, consequenter in presenti talia opera non habent vim ex natura rei, sed supposita promissione, solumque potest esse diversitas ex ordinatione divina, nimirum quia Deus nunc statuit, ut pœna purgatorii non esset sola, seu absolute definita, sed sub conditione, n. si ho.

Disputatio III.

87

Si homo in gratia existens, talem pœnam, loco illius, in hac vita suscipere. Nec posset justus sua satisfactoria opera alteri offerre, si ex natura sunt satisfactoria, quia nemo potest imponere, quin opera sua in ipso habeant formalem effectum intrinsecum & connaturalem, supposito quod hanc; hinc si operum illorum effectus adeo intrinsecus est, reddere immunem a pœna, non poterunt talia opera in satisfactionem pro aliis offerri: quia non possunt ad utrumque simul de condigno valere, & si pendent illa opera ab intentione, pro quoniam offerantur, hoc ipso intelligitur totum hunc effectum non esse naturalem, sed moralem, & si potest homo illam satisfactionem ad alium ordinare, multo magis Deus potuisse illa opera ordinare ad culsum sui, alio titulo debitum. Neque valet, si dicas, necessarium quidem esse legem divinam taxantem, sed illa supposita, nullam aliam jam requiri acceptanceum: hoc enim ipsum est, quod intenditur, nempe condignitatem inter alia ad tollendum reatum pœnam, inclusam in operibus satisfactoriis ex pacto, & lege Dei habeti, & si pactum non præcessisset, potuisse Deus etiam ut judex, punire talem hominem in purgatorio; & si stante ordinatione divina, habetur nihilominus condignitas meritorum ad vitam aeternam; cur non etiam ex eadem ordinatione stabit condignitas satisfactoris? solumque erit in hoc differentia, quod in satisfactione, ex parte Dei, nulla sit requisita nova actio sed sola carentia, seu non punitio in igne, in retributione autem est nova actio Dei collativa præmii.

CONTRA ex Vasq. est. In sententia Suar. polita etiam gratia justificationis est necessarius favor Dei, ut a peccati macula purgemur, ergo etiam per illum necessarium erit pactum ad renovationem nostri interiorum, quæ per satisfactionem sit. Quod ipsum per hoc aliud principium probat, quia nemo est dignus pœna, aut tanta pœna sensus ex voluntate Principis, sed ex aliquo facto suo: nam si factum hominis ex se factum non est ad constituendum ipsum dignum, comminatio pœna, non faciet dignum: aliqui, si judex pro minimo delicto, pœnam comminaretur, ille, qui tale peccatum committeret, dignus esset tota illa pœna, quod est absurdum. Tum quia. Sequeretur ex via allatorum a Suar. principiorum, quod peccator non patetur dignè pœnam illam a Deo statutam, sed pro sola illius voluntate, quod nemo ausit asseverare. Tum quia; aut opus ita exhibitum ex natura sua, & ante pactum relinquit hominem dignum, qui puniatur, licet Deus ratione pacti, illum non puniat: aut non relinquit: si relinquit, sequitur non satisfacere dignè pro pœna hominem, sed solum intuitu nostri operis non nisi tanquam conditionis, requisitæ a Deo, pœnam nobis condonari; siquidem opus ipsum ex se di-

gnum non est, remissione pœnae, neque voluntate Dei dignum effici potest; si autem non relinquit hominem dignum, qui puniatur, Ergo, opus satisfactorium a nobis exhibitum, ex se, & ante pactum dignum est remissione pœnae.

RESPONDET 2. Suar. ad ea, quæ adferuntur de satisfactione Christi. Et

DOCEAT 1. Suar. Fieri posse ut unus reddat alteri rem æqualem, secundum moralem æstimationem, & nihilominus creditor non teneatur ex justitia acceptare; & ita potest aliquis exigere equum ablatum, & non acceptare pecuniam pro illo; posset item exigere restitutio[n]em honoris, quamvis singatur illum esse pecuniæ æquabilem. Unde intelligitur justitiam interdum non quamcunq[ue] æqualitatem exigere, sed quodammodo identitatem. Ita posita pro peccatis nostris æquali satisfactione a Christo, posset adhuc illa satisfactio indigere acceptatione.

DOCEAT 2. Quamvis actio, per quam redditur æquale per se, interdum non sufficiat ad constituendam æquitatem justitiae, intercedente novo pacto, constituetur æquitas, idq[ue] non propter liberalem remissionem, sed propter novum contractum voluntariæ factum; & ita potest aliquis cedere jure ad equum ablatum, factaque conventione de pretio, fiet æqualitas. Quod ipsum in hoc principium resolvitur. Quoties una res pro alia æquali, secundum moralem æstimationem compensatur, servatur æquitas, etiam si voluntas commutandi, sine unlla obligatione, fiat. Et licet commutationi consentiendo, aliquam gratiam facere videatur, illa tamen non diminuit æquitatem justitiae, consequenter, nec acceptatio meritorum Christi, facta a Deo, diminuet in illis meritis rationem satisfactionis justitialis.

DOCEAT 3. Siæut in allatis exemplis est necessarium pactum, ita longè magis, quando non præcessit debitum, sed de novo constituendum est aliquis debitor justitiae, per dationem aliqui rei ab alio factam: non interveniente enim pacto, potest unusquisque jus in rem suam retinere, & illud non remittere, etiam pro realia æquali, hinc etiam ad meritum de condigno, ut in eo intercedat vera justitia, debet supponi pactum, siquidem, quando homo meretur, non solvit debitum, sed potius constituit alium debitorem.

DOCEAT 4. Exinde intelligi, quomodo in satisfactione iustorum, multò magis Christi, intercedere possit vera ratio justitiae, quamvis supponatur pactum: licet enim pœnaltates assumptæ æquivalent moraliter satisfactioni purgatorii, Deus tamen, non supposito pacto, non obligatur ad hanc commutationem faciendam; supposito tamen pacto, justus verè solvit suum debitum. Exemplificat hoc Suar. Qui habet captivum jure belli, quem ex justitia

* H 2 tia

R. P.
H. MLOD
iawowski
tom 3. c. 4.
D. VI
6

tia non tenetur libertate donare, etiam pretio oblato, si tamen accedit pactum, jam erit obligatio iustitiae. Neque valet, si dicas, cum quis habet aliquem captivum, ipse Dominus non est Iesus ab aliquo, neque illi aliquis debitor est, & consequenter, qui offert premium pro captivo, non satisfacit pro aliquo debito, vel jure, non inquam valet: nam captivus jure belli servitatem sustinet tanquam poenam, ratione injuria per rebellionem commissam. Ergo, & supponitur, Dominus Iesus, & captivus semper manet debitor.

DOCE T 5. Posse esse satisfactionem aequalis in morali valore & aetimatione, non tamen in proportione ad solvendum debitum, seu poenam, intervenienteque non nisi pacto, tum primum erit illa satisfactione ex iustitia aequalis, quod etiam contingit in satisfactione Christi.

CONTRA. Ex Valsq. est. Tum quia. Imprimis, tota haec responso, non attingit principalem difficultatem tactam ab ipso Valsq. i. p. q. 85. c. 6. Nempe justam satisfactionem postulare obligationem pro utraq; parte: ex parte debitoris, ut eam exhibeat; ex parte creditoris, ut eam acceptet: si enim justa est, non potest in aequalitatem ad aequalitatem, & in iustitiam ad iustitiam non reducere, quae obligatio, non debet oriri ex pacto: quia pactum non facit justam satisfactionem. Tum quia. Immerito supponit Suar. aequalis satisfactionem; secundum aetimationem non sufficere ad constitutandam aequalitatem iustitiae: nam si est aequalis satisfactione secundum aetimationem veram, re ipsa aequalis est; ac proinde omnis obligatio satisfaciendi extinguitur, sive illam alterum acceptet, sive non. Tum quia. Illud exemplum de Domino equi, qui non contentus pecunia equum ipsum exigit in praesenti non convincit. Ponoq; imprimis compensationem aequalis ex iustitia debitam duplum esse, alteram debitam ex delicto; alteram debitam ex commutatione, contractu, contingitq; ut haec posterior, non sit aequalis debito ex delicto; & ita furto equi non est aequalis pecunia pro equo, sed non nisi equis, quando reddi potest: patitur enim iuriam quod rem suam non habeat, cum illam habere possit & velit: accedenteq; consensu creditoris, non satisfit obligationi iustitiae provenienti ex delicto: nam consensu creditoris non facit satisfactionem aequalis, quae non fuit aequalis, sed alia ratione cesseret obligatio, succedente scilicet alia obligatione ex contractu, cui per illam solutionem recte satisfieri potest, cessatque iustitia furti, cum non detineatur equus a Domino, & incipit iusta commutatio equi pro pecunia; praecipue autem: quia id, quod redditur in compensationem rei ablatae dum res perseverat & manet sub dominio ejus a quo ablata fuit, non habet rationem satisfactionis, sed commutationis: cum ta-

men videatur confundi aequa satisfactione, cum contractu emptionis. Idem sentiendum de satisfactione facienda pro honore vel stupro: quamdiu enim Iesus invitus est, & vult sibi honorem, nulla alia satisfactione delicto aequalis consensi debet. Consensu autem in honorati habito de compensatione per percutiam, initur jam novus commutationis contractus. Tum quia; id quod adseritur de redemptions captivi locum non habet. Neque enim pecunia pro captivo oblata habet rationem satisfactionis pro iuria aliqua, sed pretii pro commutatione emptioneque illius. Quamvis autem satisfactione non requirat consensum partis Iesu: quia necessario debet acceptari, si justa sit; tamen contractus utriusq; partis consensum postulat, neque illud premium habet rationem satisfactionis pro iuria bello illata: Nam jam est vindicta sumpta quosdam occidendo alios in servitatem redigendo, postquam autem suam ille iuriam ultus est, nulla alia debetur nova satisfactione ab illa persona. Tum quia. Ea quae attulit Suar. de comparatione meritorum nostrorum & satisfactionis Christi, non convincunt. Si enim merita nostra mererentur vitam aeternam iustitiae, mererentur per modum commutationis, non satisfactionis, ad commutationem autem non opus est pacto, sed sufficit scientia & consensus in opus; obligareturq; Deus ad dandam gloriam independenter a pacto, si merita essent merita, iusta commutati mutativi. Christi etiam satisfactione pro delictis nostris, si ex se esset iustitialis ante pactum, omnem iustitiam peccati tolleret. Cumq; haec satisfactione Christi sit pro delicto, & cum omnis satisfactione pro delicto aut aequalis non est, aut si sit aequalis ante consensum creditoris, prorsus absunt debitum, sit, ut etiam satisfactione Christi sine ullo pacto foret extinctiva debiti, si iustitialis foret.

Punctum Difficultatis 4.

Quid tandem sentiendum de his Argumentis?

Proposuimus Argumenta Valsq. solutionesque quas adhibuit Suar. Replicas item Valsq. ad solutiones Suarii, ut ita sub unum intuitum Magistorum horum concertatio caderet. Sed hic perstringendum quid sentiendum sit de robo horum Argumentorum.

Quod ad primum attinet. Duplex ei solutio adhiberi posset. Imprimis concedendo utilitatem extrinsecam Dei, quam Deus percipit ex nostris operibus, licet non percipiat utilitatem intrinsecam; nomine autem utilitatis extrinsecæ venit, quia scilicet, licet Deus aequaliter sit, quod ad sua interna felix, non posita laude & obsequio creaturæ, nihilominus amat illas actiones utpote sui contentativas & ejus energias, ut si felicitas Dei penderet ab extrinsecō illius cultu & re-

& reverentia, abunde illam felicitatem viillo-
rum actuum haberet. Unde etiam si commu-
tativa staret in ratione dati, & accepti lucri, pos-
set adhuc salvari tota ratio commutativa in lu-
cro illo, & utilitate extrinseca: Certè enim et-
iam inter homines magna Auctoritatis, & omni
exceptione majores, evenire hoc potest, ut ali-
qua habeant bona cum sua excellentia intimè
conjuncta, & quibus si carerent, haberent di-
minutionem suæ excellentiæ. Eatalia sunt bo-
na, quæ addunt quidem aliquid, sed etiam si non
habeantur, æque manent in se quoad æstima-
tionem moralem, habentes complementum
sue fortunæ, & tamen de utrisque bonis inter-
cedere potest justitia commutativa. Ergo, ra-
tione illius utilis extrinseca, poterit etiam inter-
cedere commutativa inter creaturam & Deum.

Deinde ad idem Argumentum dici potest. Concedendo, si inhaerentur verbis Aristotelis (quæ tamen bene accipi possunt, quod procedant de lucro & utili, tanquam manifestioribus commutativa speciesbus) non reperiri inter Deum & creaturam justitiam Aristotelicam, accipiendo tamen justitiam, secundum quod dicit æqualitatem ratione dati & accepti præ-
cisæ, afferi potest, quod detur justitia inter crea-
turam & Deum, præcipuè cum etiam in aliis lo-
cis discurrens Aristoteles, de commutativa non
meminerit lucri, ut videre est toto capite quar-
to, ubi licet, prope medium, lucri meminerit,
sed nomine lucri non accipit utile, sed accipit
plus, inter quod, & minus seu damnum, semper
medium querit justitia, & qui dixerat jus emen-
datum lucri & danni medium esse, inferius
dicit, *equum autem medium est, pluris & pau-
tioris.*

Quoad secundum Argumentum. Idem et-
iam dici potest, hoc addendo quod v.g. blasphemia
secundum formalitatem suam, vulgatam,
& secundum id, quod in illa principale est; sit
contra Religionem; in quantum tamen spoliat
Deum utilitate extrinseca honoris, ad quem ta-
menius habet Deus, bene poterit esse contra
justitiam specialem, si aliunde illa non dicatur
repugnare inter Deum & creaturam.

Quoad tertium Argumentum. Quod etiam
ferme coincidit cum Argumento quinto, quo-
ad principale illud de requisitione consensu,
dici potest, conformiter ad mentem Suar. eli-
cendo eam ex doctrina ipsiusmet Vsq. Con-
sentit Vsq. quod in commutativa necessario
requiratur voluntas contrahentium, ut videre
est, ex his, quæ adlata ex Vsq. contra refuta-
tionem Argumenti quinti Suar. etiam conce-
dit intervenire pactum tacitum, cur hæc non
æquivalebunt sibi? quod enim adfert Vsq. pa-
ctum tacitum non esse materiam juramenti,
quod tamen convenit promissione, id non con-
vincit, cur non enim ex subsequenti possit ali-

quis manifestare pactum suum internum, jura-
reque pro objecto juramenti, non quidem ma-
nifestationem sed pactum tacitum præhabitum
habendo? Et certè quod frangendo pactum
tacitum nemo peccet contra fidelitatem, non
oritur ex distinctione illius à voluntate contrahendi,
sed quia non est clarè signo externo ma-
nifestatum; sicut, nec voluntas contrahendi
est juramenti objectum in his principiis, nisi
manifestetur; defectum illum, ne sit juramen-
ti objectum, non in diversitatem obligationis,
sed in defectum manifestationis referendo.
Unde, etiam, nego tum temporis obligationem
oriri ex re accepta, sed orietur ex tacito pacto,
voluntateq; contrahendi. Quod autem non
solvens nisi promissum quinque cum debeat ex
justitia solvere aliud quinque, peccet contra ju-
stitiam, oritur hoc ex voluntate contrahendi
per Vsq. & apud Suar. ex pacto tacito, adeo-
que non præcise ratione accepti: quamvis au-
tem aliqua opera non sint debita Deo, titulo
necessitatis, sed honestatis; independenter ta-
men à voluntate contrahendi non inducent
obligationem, adeoque sine promissione. Ea
autem quæ adfert Vsq. de merito condonatione
que requisita, alibi supponuntur examinata.

Quoad quartum Argumentum. Dari dicit
Suar. emancipationem, ut ita dicam, respectu
Dei, ex voluntate ipsiusmet Dei, faciente id
voluntate Dei, & pacto, quod facit ætas in crea-
tis. Et quamvis valor operum nostrorum sit ex
gratia: quia tamen Deus, hac ipsa gratia con-
trahit voluntariè cum creatura; bene illa ju-
sticialiter poterit aliquid Deo offerre: sicut est
quidem valor monetæ ex voluntate Principis,
hoc tamen non obstante, poterit illa monetæ,
esse subditus justus Principi. Et quamvis crea-
tura absolutè æqualem honorem Deo tribuere
non possit, æqualitatem mensurando dignita-
te, sufficit quod possit offerre æqualem hic &
nunc, æqualitate per circumstantias, & volun-
tatem promissionemq; Dei, tantam vel tantam,
præxigentis mensuram. Ea, quæ adfert de
merito, alibi examinantur.

Ad quintum Argumentum dici posset, quod
non ex eo ad satisfactionem Christi fuerit re-
quisita acceptatio, quasi ex justitia, non potue-
rit satisfacere, sed quia satisfactio hæc debuit
esse personalis, adeoque ab ipsis peccantibus
exhibenda. Negatur item, quod non sit ne-
cessaria in pœnibus acceptatio: quod inibi
supponit Vsq. quia ipsi peccato merenti pœ-
nam, annexatur ratio offensæ indelebilis, (se-
clusa satisfactione à persona divina) nisi volun-
taria dimissione, quæ etiam acceptat satisfacio-
nem pro reatu pœnae, quæ alias posset esse ju-
sticialis, nisi impedit ratio illa of-
fensæ.

*H 3 Pun.

R P
HUMLOD
1810 WSKI
Dom 3. c. 4.
D. VI
6

Punctum Difficultatis 5.

Rationes aliorum.

PRIMA RATIO. Ex Zuniga. Scienti & volenti nulla sit injuria, ut vult Jus & Arist. l. 5. Eth. c. 9. At Deus non est invitum in actu peccati: est enim potens impedire illud, & non impedit, ultiroque & sponte confert ad peccatum concursum, quamvis illud inefficaciter detinetur.

RESPONDET 1. Hurt. ut ratio invitum, quæ Deo competit habeat rationem injuræ, sufficit quod concursus praestitus ad actum peccati, sit voluntarius, cum voluntario admixto, ratione nolitionis inefficacis ipsius. *Hec Responso*

NON SATISFACIT. Tum quia: Hoc ipsum, quod assumit, probandum fuit: Cur scil. illa nolito, etiam illi voluntario, conjuncta, fundet injuriam. Tum quia. In illo negotio duo veniunt consideranda, unum, non de negandi concursum: & aliud, ad quidnam tendat usus illius concursus. Prior illa formalitas est efficax, & non respicit jus Dei, sed jus indemnæ libertatis servandæ, nec per illam ullo modo violatur jus Dei, cum sit ipsemet actus divinus; nullius autem respectu sui injuria est; alia autem illa est considerabilitas; an usus concursus divini, non possit ferri in injuriam Dei, & quomodo feretur in injuriam, si habeatur plenum voluntarium ad concurrendum ad suam, ut intenditur, injuriam, quæ certè hoc ipso videtur non esse jam injuria. Tum quia: Immerito assumitur, quod Deus habeat nolitionem tantum inefficacem peccati: quia potest dici habere nolitionem efficacem, quantum ex illo. *Hec dicta pro veritate solius doctrinæ.*

RESPONDET 2. Ripalda. Deum etiam tunc esse invitum, voluntate signi, sufficienti ad injuriam, vultque in actu exercito obligationem, ne fiat peccatum. *Hec etiam Responso*

NON SATISFACIT. Quia hoc ipsum probari debuisset, quomodo voluntas illa signi, sufficient ad injuriam, in concursu alius voluntatis, quæ est de concursu ad illum actum, qui dicitur esse injuria? quomodoq; vult in actu exercito obligationem tamque justitiam, ne fiat peccatum? cum voluntariè concursum exhibeat, & non impedit, cum possit.

RESPONDETUR 3. De hoc, quod scienti & volenti non sit injuria, redibit infra sermo, nunc in Minori negatur, Deo volente fieri peccatum, quod solum, est injuria Dei: Neque enim Deus vult impium & impietatem ejus. Negotitem, Deum, quantum est ex illo, non esse invitum in actu peccati, quod sufficit ad rationem injuræ. Sic latro facit injuriam, quamvis illi pro vita offeratur pecunia: quia, quantum est ex offerente, nollet illum dari.

2. RATIO. Ejusdem est. Si posset ab homine Deo, fieri injuria peccato, teneremur exemplo ad satisfaciendum, adeoque penitendum, quod tamen negant Autores.

RESPONDET 1. Suar. d. 15. de Pœnit. S. 5. Legem esse justitiam, quæ prius obligavit, ad non inferendam Deo injuriam, post illam verò factam, obligat ad satisfaciendum pro illa. *Hæc ergo lex, ut affirmativa est, ex se non obligat statim, ut verò est negativa, tūm primum obligat post factam injuriam.* Objiciendoque sibi, cur obligetur homo exemplo ad restituendum ablatum, si possit? reiectisque Sotii & Medina responsionibus, tandem subiungit num. 10. disparitatem esse; quod aliter laeditur homo per furtum, aliter Deus per peccatum: homo enim ita laeditur, ut detrimentum aut damnum patiatur in propriis bonis, sibi utilibus, quibus carere cogitur quamdiu res ablata ei non restituitur; & ideo justitia non tantum obligat ad non accipendam rem alienam, sed etiam ad non detinendam apud se: quia illa carentia rei propriæ, est quasi continuum nocumentum proximi, quod moraliter gravius est, quando est, privatio diuturnior. At verò, licet nostris peccatis offendatur Deus, non tamen ita laeditur, ut privetur re aliqua sibi utili, sed solùm privatur honore sibi debito, ideoque post transactam actualem injuriam, nullum ei nocumentum accrescit ex eo, nec proprius homo apud se detinet aliquid bonum utile, neque illum impedit, ab usu alicuius rei suæ. Addit infra num. 12. sub finem, quod ex accidenti possit aliquis obligari ad hic & nunc restituendum Deo, ut si cresceret semper major infamia Dei ex aliqua doctrina falsa, promulgata de Deo. *Hec Responso*

NON SATISFACIT. Tum quia. Non est ratio, cur etiam lex negativa de penitendo sic formari non possit: Non tardes restituere Deo; sicut respectu creaturæ, datur negativum præceptum restituendi. Tum quia: immerito recurrit ad hoc Suar. ideo non fieri Deo injuriam per se, dilatione penitentia: quia non auferatur per illam aliquid Deo utile: idque duplice ex fonte. Imprimis, quia ipse Suar. urgenti Vafq. ex eo, Deo non fieri unquam injuriam: quia nihil illi auferatur utilis, negavit hoc principium. Ergo & illi negari debet, non obligari creaturam ad statim penitendum, si peccet, & quod si non peniteat statim non fiat injuria Dei stricta, quamvis peccato non auferatur Deo quicquam utile. Rursus, quamvis in actu peccato nihil auferatur Deo utilis; nihilominus non sequetur in illo actu peccato non inferri injuriam Deo. Ergo etiam, quamvis in dilatione penitentia nihil Deo auferatur utilis, non sequetur, quod illa dilatione non fiat Deo injuria. Tum quia: est injuria homini quando non posita restitutio cogitur carere bonis sibi utilibus. Ergo, etiam est injuria Deo

Disputatio III.

91

De dilatio pœnitentia, quando per illam cogitur carere Deum honore, qui est illius bonum extrinsecum.

RESPONDENT 2. Lugo d. 3. de Incarn. n. 66. Non teneri hominem exemplum ad restitutio- nem Deo: quia non potest in individuo restituere illud, quod in justè abstulit, in æquivalen- tiam, non teneatur de justitia, quia hoc potest Deus, quod voluerit, sine ullo incommmodo recuperare, quod idem, moraliter loquendo, et illud in bonis habere. *Hæc Responso*

NON SATIS FACIT. Tum quia. Ex hoc principio, quod alius non possit illud in individuo restituere, quod abstulit, non sequitur in humanis aliquem, si æquivalens possit reddere, non teneri restitutio- nem, & si sufficit in com- mutativa, in & requiritur, commutabilium differenta, cur ergo excusatibus peccator, ex eo, quod non possit idem in individuo reddere. Tum quia. Quamvis possit Deus facere, cum voluerit, ne ponatur sua actualis injuria, tamen, hoc non obstante, saltem in casibus, quos admitit Lugo, non sequitur, quod illud moraliter in bonis habeat Deus, per quod actu injuriatur. Ergo etiam ex eo, quia hoc potest Deus facere, quod voluerit, ut illud recuperet, non sequitur, quod non teneatur ad restitutio- nem exemplum creatura. Tum quia, obligatio ad restitutio- nem taxanda est, non tantum re accepta, sed etiam voluntate rationabili ipsiusmet injuriati, hoc vel illud depositis ex suppositione injuria, & ex suppositione, quod idem in individuo restitu non possit; potest autem rationabiliter Deus exigere v. g. actum contritionis, vel Confessionis Sacramentalis; posito autem hic & nunc restituibili, querere restat: quare non obligetur exemplum creatura ad restituendum? cum posito, hic & nunc restituibili, teneatur in humanis injuriis exemplum restituere, per loquendo.

RESPONDENTI potest 3. Restitutio, quæ deberetur Deo, esset vel ratione rei accepta pre- catio estimabilis, & indubie, supposito quod per oppositos jus justitiale Dei extendatur in talia, v. g. exemplis ablata; par esset ratio Dei & creatura, & utrobius ad esset obligatio exemplum restituendi. Si autem esset debitum restitu- tionis, ratione actus interni mali, injuriantis Deum, tunc illa restitutio, vel deberet stare in actu retractationis, & hic non obligat exemplum; quia non est major obligatio creatura ad restituendum Deo, quam creatura ad restituendum creatura, in & hæc posterior, est major, quia certior, quia penitus damnificativa, & af- flictiva, & tamen nemo obligatur ad hic & nunc retractandam voluntatem injuriandi. Imo, per non paucos parum interest habuisse voluntatem retractandi injuriam, modo res ab- lata restituatur. Si autem staret restitutio in supplendo eo, quod est per voluntatem inju-

riandi ablatum, ne cum obligaretur creatura. Rationem reddit Ripalda, quia post injuriam, manet quidem in Deo ius hinc & nunc exigendi compensationem, si eo ut velit; defacto tamen non est homo obligatus ad eam ponendam: quia Deus non utitur jure suo exigens illam continuo præstari, ut exigunt homines, non ceden- tes illi juri. Quod autem Deus non utatur illo jure suo, inde colligitur: quia nulli exstat tale præceptum, & quia ius benignitati confor- me est, non gravare hominem etiam peccan- tem tali onere, festinæ compensationis. Quod ipsum, ut commodius defendatur, teneri hoc potest. Quamvis Deus appetat pœnitentiam peccatoris, unde etiam dicitur, *retardes con- verti ad Dominum*: depositique hoc & sancti- tas illius, & amor animarum; nihilominus, etiam posito, quod esset peccatum stricta Dei injuria, non depositit hoc Deus exemplum fieri; quia cum illa ipsa satisfactio sui inchoationem & exhibitionem habeat à Deo per cogitatio- nes, quæ sunt in nobis, sine nobis, & concursum; cum Deus ipse, non urgente præcepto, talia non inchoet, nec etiam depositare potest non urgente præcepto: quia alias imprudenter exigeret satisfactionem: sicut etiam homo non exigit justitiae satisfactionem ab eo, cui im- possibilis est satisfactio. Deinde tota obligatio restitutio- nis est malitia inæqualitatis in bonis; malum autem hoc minus afficit maiorem fortunam, si sit malum comparatione fortunati, non considerabile. Hinc etiam in furto, hoc quod sufficit ad mortale in furto pauperi facto, v. g. unius acicula, artifici pauperi, hanc unam habenti, non sufficit ad mortale in furto facien- do diviti: quia minus malum habet in illa inæ- qualitate bonorum. Quia autem bonum hoc extrinsecum, quo Deus in peccato privaretur, non est malum inæqualitatis in bonis Dei nota- biliter eundem gravans: Deus enim bonorum nostrorum non indiget; fit, ut exemplum re- compensationem non exigit, sed tunc, cum illi placuerit, utillo suo jure, non abolito, urgente scilicet præcepto: quamvis enim ratio offendæ in conspectu Dei sit malum considerabile, ut- pote infinitum; ratio tamen injuria, in justitiae- litatisque strictæ, non est unde desumat infinitatem: hinc, non est malum talis inæqualitatis, quod urgeat Deum ad hic & nunc, & exemplum depositandam satisfactionem.

3. RATIO ex Lorca. Nulla est virtus, quæ reddat Deo aliud illi justitiae debitum, quæ enim? Ergo, non datur justitia erga Deum.

RESPONDETUR. Videri quod præpostere urgeatur ex eo, quod non detur virtus, non dari objectum. Facile etiam negabunt oppositi non dari virtutem, quæ velit indemne servare jus divinum. Et aliqui cum Ripalda, ponent specialem ad hoc virtutem. Alii revocabunt

* H 4 illam

R. D.
THEMLOD
1800. OMIS
TOM. 3. e. 4.
D. VI
6

illam ad pœnitentiam, quam etiam dicere possent esse justitiam rigorosè, casu quo possit esse creatura rigorosè Deo justitialis.

DIFFICULTAS II.

Probat Intentum.

PROBATUS 1. **Conclusio.** Restaurando Argumentum commune, cuius meminit Ripalda & Lugo, illudque ex Zuniga proponit Ripalda. Justitia servat illæsum jus dominii, quod à nobis lædi potest: nam si lædi non potest, dabitur affectus similis justitiae, non tamen verus justitiae actus, sicut in Angelo non est verus castitatis actus, quia non sunt in illo motus concupiscentiæ, quos castitas compescit. Anjus Dei non potest à nobis lædi: lædi enim non potest jus, quod impediri non potest usus rei pro arbitrio suo. Jus autem Dei in nostra opera impediri non potest, ne illis pro arbitrio utatur, si quidem nostræ voluntates magis sunt in potestate Dei, quam in nostra: potest enim ab illis, quem voluerit actum elicere.

RESPONDENT 1. **Lugo.** Jus Dei posse aliquid à nobis lædi, scilicet exigente Deo ex dominio proprietatis, ut v. g. cum tali auxilio, actum amoris eliciamus, & nobis dissentientibus huic præcepto: tunc enim verè impeditus Deum ab illo actu, cum illo auxilio obtinendo.

CONTRA. Quia hoc ipsum negatur, habere scilicet. Deum jus proprietatis justitialis, seu stando in medio termino allato, jus proprietatis, quod possit lædi à creatura: læditur quidem tunc ejus excellentia, vis mandativa, sed nego lædi dominium proprietatis.

RESPONDENT 2. **Rip.** Ut lædatur jus dominii, non requiritur impediri potestatem physicam obtinendi rem, sed usum potestatis moralis in actu secundo; impeditur autem hic usus, sicut i impeditur usus jurisdictionis: eodem enim modo potest contraveniri arbitrio Domini obligantis, quo contravenitur arbitrio, ex obedientia prohibentis. Quod autem impeditio ipsius potestatis moralis, sit injuria, illustrat: quia fœmina contrahit malitiam adulterii, quamvis maritus occultatus, crimen prospiciat, & ad experiendam fidem mulieris, vel eam castigandam non se prodat: impediturus crimèn, si se proderet.

CONTRA. Tum quia. Non ostenditur, qui impediatur usus potestatis moralis, circa jus, quod lædi non possit, in quo tamen se fundat medius terminus argumenti. Tum quia. Argumentum illud à pari non convincit: Certe enim tunc non impeditur ab usu potestatis moralis maritus, nec ex eo est injuria, quasi impediatur ab usu potestatis moralis, sed quia violatur jus, quod lædi potest. Tum quia, quod

ad fertur de dominio jurisdictionis, verum est: quia supponitur jus illud lædi posse, assumit autem medius terminus argumenti, jus, quod lædi non possit. Imò idem medius terminus est pro nobis: quia jus jurisdictionis divinæ nunquam lædi potest, si illo Deus uti velit. Ergo, nec jus proprietatis lædi poterit, si eo Deus uti velit, si autem nolit uti, transcat, quod lædi possit, sed materialiter: quia evadit jam jus, quo Deus uti nolit hic & nunc, adeoque sine ratione formalis injuria. Et hæc pro medio termino communiter adhiberi solito.

PROBATUS 2. Deus jure suo, ut dictum supra, spoliare se non potest per propriam voluntatem. Ergo, nec per alienam spoliari poterit.

RESPONDETUR 1. Ex eo, quod aliquis alium jure spoliare non possit: non sequitur, quod illum injuriare non possit, quia fur non spoliat Dominum jure ad rem, & tamen illum verè injuriat.

CONTRA. Injuria semper est læsio seu destructione juris, licet quia jus multiplex est, multiplex etiam sit ejus læsio. Unde fur licet non lædat jus ad rem legitimi possessoris, verè tamen lædit & auferri jus in re. Quo posito, redibit Argumentum factum.

RESPONDETUR 2. Ex eo, quod Deus non possit se spoliare suo jure; non sequitur, quod à creatura illo spoliari non possit: quia etiam maritus jure se ad uxorem spoliare non potest, & tamen ab adultero hoc jure spoliatur.

CONTRA. Quia negatur jure suo particuli non posse se spoliare maritum, licet adhuc tunc committatur adulterium. Sed quidquid sit de hoc, hoc ipso spoliatus, ut dicit Respondens, jure suo maritus caret illo jure, nullo autem jure, ex dictis supra, suo, carere potest Deus.

RESPONDETUR 3. Disparitatem esse: quia causa mali debet esse defectiva, adeoque creatura; & cum spoliare Deum jure suo sit malum, non poterit rejici in Deum, poterit in creaturā.

CONTRA. Reditur ad Argumentum. Quamvis De ratio injuria sui ipsius tribu non possit, tamen nec creaturæ tribui potest, si Deus manet in jure suo expeditus, illudque amittere non possit. Sed Deus, ut probatum supra, debet semper ex vi sua essentia manere in domino suo, & jure. Ergo non manet injuriatus.

PROBATUS 3. Tum quia. Si nihil repugnet, debemus Deo tribuere jus quam perfectissimum in res, in quas habet jus; perfectius autem est jus, quod est inviolabile, & hanc propositiōnem ostendit inducō: nam jus plebejum, quia à pluribus etiam sine injuria adimi potest, minus est jure nobili, & jus nobile minus est jure regali: quia juri regali, titulo alti dominii subordinatur, jus autem regale vel Reipubl. nulli alteri subordinatur. Quod ipsum in hoc resolvi potest: quia dominium omne est potestas, hinc

hinc jus inviolabile erit perfectius: quia perfectior potestas: est enim potestas ipsiusmet potestatis, & in ipsam potestas potestatem, consequenter est dominium dominii, atque adeo, duplum titulum dominium. Deinde: quia jus inamissibile trahit secum conjunctionem alius perfectionis simpliciter simplicis: nempe inammissibilitatis: conjunction autem duarum perfectionum, nexus dicentium, non potest nisi augere perfectionem; sicut unum & unum, non potest facer nisi duo adferente uno & uno, ens & ens: & ab altera parte allata perfectione & perfectione, non potest esse nisi plus perfectionis, supposito quod dicant inter se nexus illae perfectiones: enim dicant nexus, dicent rationem perfectibilis & perfectivi, habebuntque se sicut aurum & gemmæ: nam perfectiones non nexæ, non faciunt perfectius, sicut vinum, quando diluitur aqua, non est perfectius, perficitur autem jus perfectionis inammissibilitatis. Tum quia. Si Deus injuriari posset, maximè injuriaretur actione peccaminosa, sed illa non injuriatur: quia nullus injuriaretur, vel ideo injuriaretur, quia creatura vellet, quantum est ex illa, lacerare jus illius: quanvis illud auferre non possit, vel ideo injuriaretur, quia etiam defacto jus illud auferre posset. Non primum, quia si creatura vellet, quantum est ex illa, auferre a Deo Sapientiam, Providentiam, Aseitatem, non hoc ipso illas perfectiones auferret. Ergo, etiam, quia creatura vellet lacerare jus Dei, non hoc ipso jam laceret illud. Non secundum: quia jus Dei est perfectio Dei intrinseca, licet aliquid extrinsecum respiciens. Ergo, a Deo auferri non potest: quia nec alia perfectiones similes Dei v. g. omnipotencia providentia &c. auferri a Deo possunt.

Ex quo ulterius, *Colliges*. Cur honor Deo debitus auferri possit: est enim merè extrinsecum bonum Dei, non in ipsomet Deo honorato stans, sed in honorante, honorabilitatemq; Dei quæ est quid intrinsecum Deo, licet connotatum extrinseci, nemo a Deo auferre potest. Cum autem jus Dei sit potestas intrinseca, inauferibilis erit. Tum quia. Si mihi revelatione non constaret, Deum incarnari posse & mori, deberet dicere illum non posse mori: quia Deum mori, est quid Majestate illius minus, nec habeo rationem demonstrativam, rem ita posse se habere: Ergo, cum revelatione non constet, Deum injuriari propriè, asserendum id non erit, quia etiam injuriari, videtur esse Majestate illius minus fierique injuriatum, est minorari, & ignorabiliter. Tum quia. Si nihil ob sit, jus Dei in recessas debet ponи proportionatum suo principio immmediato & radici, sicut inducitur ostendit in aliis, fundatis in sua radice, urgetq; haec ratio, quia ea, quæ in se aliquid radicat, solet radicare in bonum suum, adeoque, ad sui proportionem, cum radix ideo ponatur, ut se in perfecto statu

contineat: nihil autem perficitur, nisi sibi proportionatis, radix autem juris divini, est vel Aseitas, vel ratio essentia perfectissimæ, in ratione essentia, quæ ratio trahit secum inamissibilitatem, quam vel ipsa ratio radicis postulat. Si autem radix trahit inamissibilitatem, trahet & dominium Dei, accommodans se tue radici.

Addo. Habet quidem Deus jus, ut exigit ne peccetur, sed non jus quod amittere potest, & si in creatis esset etiam jus inamissibile, non esset etiam per injuriam laesibile. Unde, quando aliquis redimit apud prædonem vitam, offertque divitias non invitus, si insuper haberet potestam expeditam utendi illis sui divitiis, non dando illas si vellet, & si jus in divitias, inamissibile haberet, non injuriaretur verè. Ergo, nec Deus injuriabitur verè. Tum quia. Si injuriaretur Deus, maximè injuriaretur affectu quo vellet creatura injuriare Deum: maxima enim est injuria, volitio expressa injuria. Sed etiam tunc non injuriaretur Deus, quia ex præciso affectu injuria Dei, non sequitur injuriari Deum. Quod universaliter in hoc resolvitur: quia si affectui desit aliquid, ne intra speciem, quam affectat, ponatur, non erit affectus illius speciei: sic, si affectet creatura amare Deum theandricè, non amabit hoc ipso, quia deerit principium ponens actiones in specie theandricarum, nempe persona increata, idque non solum contingit in actionibus bonis, quæ debent, sicut perfectæ, esse ex integra causa; sed etiam in actionibus peccaminosis. Unde, si quis velit peccare omni peccato possibili, non peccabit omni peccato possibili: quia deest representatio explicita illarum specierum peccati, fundans rationes voliti, deest autem etiam in præsenti, cùm habetur voluntas juris divini auferendi, deest, inquam, auferibilitas juris.

DIFFICULTAS III.

Solutio Objectionum Communiorum.

OBJICIT I. *Lugo de Incarnatione d. 3. n. 55.*
Habet Deus supremum dominium, ex quo oritur in illo jus prælationis circa omnia nostra opera, quibus, si uti velimus contra Dei jus, committimus injuriam, sicut si servus exigente Domino ejus operam, nolit illam reddere.

RESPONDE TUR. Jus non stare in prælatione, posito quod stet; quia non esset jus prælationis auferibile a Deo, non esset jus subiectum injuria: haberet enim se ita post injuriam, ut potest inauferibile, sicut se habuit ante injuriam, ante autem injuriam, non erat injuria. Alia est ratio servi, quia auferit invito Domino jus in re, quod ipsum in Domino creato est auferibile, nec conjugitur in creatura potestati expeditæ utendi re, prout voluerit.

INSTAT

R. P.
THE MLOD
1310 MSL
Vol. 3. e. 4.
D. V.
6

INSTAT 1. Idem. Deo habente perfectissimum dominium, jus illud Dei potest a nobis laetari exigente v. g. Deo, ex dominio proprietatis; ut cum tali auxilio eliciamus actum amoris, quem non elicimus: tunc enim verè impedimus Deum ab illo actu, cum illo auxilio obtinendo, ad quem actum non solum secundum se, sed etiam per tale auxilio, habet Deus jus, ratione supremi dominii.

RESPONDETUR. Quando confertur auxilium, non nisi sufficiens v. g. ad amorem, habet Deus jus ad posse actu operationis, & hoc jus illius non violatur, nec auferatur: nulla enim negatione operationis auferatur posse actu operationis, inclusum in auxilio sufficienti, sed nego ita Deum exigere, ut habeat tunc jus ad actu operationis: neque enim aliter illud jus procedit, quam dicit prudentia divina, quæ non dicitat fore cum auxilio sufficienti actualem operationem. Et cum ad ipsam suppositionem negationis consensus, sit, etiam voluntas Dei requirita suo modo, sit, ut, ponendo auxilium non nisi sufficiens vi illius, non habeat jus Deus ad esse actu operationis, quamvis cum hoc sit, ut non nisi culpa creaturæ accidat, cum tali auxilio negatio operationis. Directè autem dici potest, quod tunc impediamus Deum hoc sensu, quia non ponimus actu, qui est objectum actualem dominii divini, sed non impedimus auferendo Deo expeditam potestatem illum actu habendi, si vellet; hoc autem requiritur ad injuriam, quia hoc formalitat laisionem juris, formalisando laisionem potestatis. Mera autem non positio ejus, in quod se extenderet dominium Dei, non formalitat injuriam: neque enim injuriatur per hoc Deus, quod alias ego possem facere, & non facio.

INSTAT 2. Per auxilium sufficiens, non potest Deus obtinere actu dominium, & hoc ut sit sufficiens, est ex nobis.

RESPONDETUR. Per auxilium sufficiens potest Deus obtinere dominium actu; sed non obtinet actu dominium, nec illi dicit prudenter, quod sit actu obtenturus, consequenter, non laetetur tunc, ulla potestas Dei.

Deinde ut hoc auxilium sit non nisi sufficiens selectivè, non est hoc ex nobis: hinc quia potest feligere Deus aliud auxilium, manet in Deo expedita potestas; quodque non selegit, cum sit suppositio consequens, non auferit a Deo potestatem, licet ut auxilium sit non nisi sufficiens, hoc sensu: quia ex nobis est subtrahit consensus, licet, inquam, hoc sensu ex nobis sit, quod sit non nisi sufficiens.

INSTAT 3. Hoc ipso, quia hoc auxilio in his circumstantiis non potest Deus capessere dominium actu, hoc ipso, inquam, injuriatur Deus, licet non maneat injuriatus, quia alio auxilio potest id acquirere.

RESPONDEBIS. Non esse injuriatum Deum; quia ipse se legit tale auxilium, & haec ipsa selectione, non auferit ab illo potestatem feligendi alii auxilium, quod ad salvandam potestatem expeditam sufficit, sicut sufficit, sive manu dextra, sive sinistra possit recipere tuum, si velis.

OBJICIT 2. Ripalda. Deus habet jus strictum dominii in obsequia creaturæ, exigendo illa dominio proprietatis. Ergo, homo ea exhibens potest exercere justitiam strictam, & ea negans, in justitiam.

RESPONDETUR. Negando Antecedens.

INSTAT 1. Materia capax terminandi arbitrium Dei, quæ dominus est, est materia capax justitiae & in justitiae. At obsequia creaturæ, sunt materia capax terminandi arbitrium Dei, quæ dominus est.

RESPONDETUR. Negando Min. Obsequia autem si exigantur titulus dominii auferibilis, vel acquisibilis spectant ad justitiam strictam. Ad justitiam autem latiori modo sumptam, spectabunt, si exigantur a dominio inacquisibili & inauferibili: si enim alicui non auferatur dominium, quæ injuriatur in dominio? consequenter honestas contenta in illis obsequiis, spectabit ad justitiam latiori modo sumptam.

INSTAT 2. Materia capax contractus & pacti, est materia capax justitiae strictæ, obsequia autem creaturæ, sunt materia capax pacti.

RESPONDETUR. Materia capax pacti, cui si non satisfiat, auferetur dominium & potestas expedita, est materia capax justitiae, secus si non auferatur.

INSTAT 3. Justi obsequia re ipsa offerunt Deo, tanquam Domino habenti jus proprietatis, ex motivo satisfaciendi talijuri.

RESPONDETUR. Justi rudiores de isto jure nesciunt, ii quin nostram sententiam tuentur docti, non offerunt hac mente obsequia: quod sit dominus, habens dominium acquisibile, quod tamen requiritur ad justitiam.

INSTAT 4. Homo tenetur ex justitia cave-re peccata contra naturalem legem, habetque jus Deus ut homo caveat ea peccata; nec cederet potest hoc jure, nec facere, ut in peccatis ratio injuriae tollatur.

RESPONDETUR. Præcisa formalitas legis, respicit obedientiam, hinc violatio naturalis legis erit inobedientia, non in justitia; & licet Deus non possit cedere jure suo, ne peccatum, sit illius injuria latiori modo sumpta, non tamen illud jus salvabit, rationem injuriae strictæ.

INSTAT 5. De facto existit stricta justitia hominis erga Deum, homine ex pacto exhibente obsequia, ut Deus tribuat gratiam & gloriam.

RESPONDETUR. Non intervenire tunc justitiam strictam, idque ex dictis, licet interveniat justitia latiori modo sumpta, quam alias explicuimus.

OBJI-

Disputatio III.

95

Objicit 3. Suar. de Pœnitentia d. 2. num. 6. Scriptura frequenter vocat peccatum, injuriam Deinde & exigit satisfactionem non solum ex charitate, sed etiam ex justitia; scriptura autem debet accipi simpliciter &c. Et si subditus Principi tributum & honorem debet ex justitia, debet & creatura Deo.

RESPONDE TUR. Nec appellatur à scriptura peccatum injuria rigorosa, nec ex justitia rigorosa exigit satisfactio; ne autem simpliciter accipiuntur verba scripturae, obsunt rationes supra allatæ. Subditus ex justitia debet tributum Principi: qui auferit illi potestatem expeditam tributi, non est autem hoc per ordinem ad Deum.

INSTABIS ex eodem. In omni peccato utitur homo re aliena invito Domino: utitur enim suis actionibus, contra arbitrium Dei.

RESPONDE TUR. Utitur creatura suis actionibus peccaminosis invito Deo hoc est dispendiente, sed non invito hoc est carente expedita potestate, ne fiat illa actio.

Objicit 4. Tota hæc Doctrina supponit hoc principium: Ex eo Deum injuriari non posse; quia si velit haber expeditam potestatem utendi jure suo, utpote inauferibili, hoc autem principium non convincit. Nam imprimis, sicut alias perfectiones reperibiles in creaturis, non est necesse ponere in Deo cum imperfectionibus, ita nec jus cum imperfectione amissibilitatis.

Deinde, ostenditur Deum catere interdum expedita potestate: vult enim non esse peccatum, habet potestatem ne sit peccatum, sed ut si homo sanctus, hanc potestatem non habet expeditam, calu quo de facto non sit sanctus.

RESPONDE TUR. Concedo perfectiones Deo & creaturis communes, non debere in Deo ponii, cum imperfectionibus; & si in ipso concepitu alicuius perfectionis involvatur etiam imperfæctio, tunc jam illa perfectione in Deo ponii non poterit; poneretur enim sine suo concepitu. Jam autem jus, ut ponatur in Deo, & quidem cui per injuriam contraveniri potest, debet ponii jus amissibile simpliciter, aut jus impeditibile, ut habeat Deus expeditam potestatem, si velit. Si enim manet illud tale jus post injuriam, sicut fuit ante injuriam, utpote inamissibile, nulla erit contra jus illud injuria. Negatur ultius, impeditialiquando in Deo potestatem expeditam, si illa uti velit Deus; quia si velit non esse peccatum, habet expeditam potestatem, ut non sit, & ut sit homo sanctus; tuncque cum auctor non extendit dominium suum in Sanctitatem auctualem, cuius carensia supponitur, habet adhuc expeditam potestatem, si velit, ad ponendam illam sanctitatem, & ad extendendum suum dominium auctualem, in eandem, si velit.

INSTAT 1. Vel exigente Deo aliquid à creatura, facit illi Deus injuriam; vel non facit? si

non facit. Ergo, habet jus; si facit. Ergo Deus non est, utpote injurius.

RESPONDE TUR. Hoc sensu negativo habet jus Deus; quia nemini facit injuriam, sed non hoc sensu, quasi jus habeat, per injuriam auferibile.

INSTAT 2. Ad jus justitiale non requiritur ejus auferibilitas.

RESPONDE TUR. Requiri implicitè. Si enim sit jus inauferibile, non erit per injuriam auferibile, ex dictis.

INSTAT 3. Auferibilitas est, in jure imperfæctio.

RESPONDE TUR. Essere imperfectionem, sed necessariò innexam juri: sicut castitati innexitur refrenatio motuum sensibilium.

OBJICITUR 5. Arist. 8. Eth. docet, inter eas personas reperiri justum, inter quas reperitur amicitia. Jam autem inter Deum & hominem, de fide est, dati amicitiam.

RESPONDE TUR. Sufficere ad mentem Arist. ut inter Deum & creaturam intercedat justitia, non rigorosa; cum nec amicitia, quæ debet esse inter pares, eaq; Aristotelica, inibi reperitur, licet reperatur amicitia Theologica.

Argumenta ex Recentioribus.

OBJICIT 1. quidam. Non potest quidem jus Dei à nobis laedi in omnibus circumstantiis constitutis invito Deo, sufficit tamen quod laedatur invito Deo in aliquibus circumstantiis: licet enim, si Deus velit, possit elicere omnino cum præjudicio nostra libertatis consensum à nobis, vel si nolit concurrere ad actus peccaminosos, non possemus violare jus Dei: quia tamen in statu libertatis, determinamus nos, ad non servandum jus Dei, peccamus contra jus Dei: nam in hoc, & pro hoc statu, habet Deus jus exigendi actiones nostras à nobis, titulo dominii.

RESPONDE TUR. Negando laedi tunc justitialeiter jus Dei, cum salva etiam libertate nostra, habeat expeditam potestatem eliciendi à nobis consensu. Et quamvis ex suppositione, v. g. odii, non possimus non elicere odium: quia tamen suppositio illa est talis, quæ accidit, ira, ut haberet Deus potestatem expeditam impediendi, illam suppositionem, si vellet; sit, ut pullulatio illius suppositionis, non auferat Deo potestatem, adeoque & dominium, quod per potestatem definitur.

INSTAT 1. Idem. Ad hoc ut aliquis censatur invitus, non requiritur, ut impedit, si possit, sed ut prohibeat; & id esse contra suam voluntatem declarat, & ita, si aliquem, de quo est probabile, quod furetur, permittat Prætor versati in civitate: si tamen præcipiat illi, ne furetur, non eo ipso vult ut furetur; ita etiam in præsenti, Deus, prohibendo peccatum, non utitur quidem

R. P.
THEMLOD
19.0.1.3.6.14.
D. VI
6

quidem vi despotica, utitur tamen politica, prohibendo ne fiat, adeoque sufficienter ad injuriam.

R E S P O N D E T U R. Concedo ad hoc, ut aliquis dicatur invitus, sufficere ut prohibeat, sed ita, ut tunc nonnisi censeatur, contraventio illi prohibitioni, injuria, quando aufert ipsam expeditam potestatem, utendi illo jure; hanc autem nego unquam auferri a Deo. Instantia de praetore non tenet: quia adhuc jus illius est auferibile, de factoque aufertur, qui si & retineret jus ad actionem, & si veller, expeditè posset habere jus in ipsam actione, certe tunc non injuriaretur.

I N S T A T 2. Idem. Si creatura non injuriaret propriè Deum, temerè & irrationaliter peccator doleret ex motivo justitiae, maximè ex eo motivo, quod Dei honorem violaverit, quod est motivum justitiae: sicut dolens Paulus, quod honorem Joannis violaverit, procul dubio id facit ex motivo justitiae propriè dictæ.

R E S P O N D E T U R. Non est tam obvium, ut homo doleat de peccatis ex motivo justitiae, quo aliquis movetur, non moyetur temerè: quia adhuc inter Deum & creaturam datur justitia non rigorosa, probabileque faciunt oppositi, quod detur rigorosa: consequenter nihil temere fieri. Ruris, rigorose loquendo, negatur quod dolere propter honorem violatum, sit motivum rigorosæ justitiae, sed contra virtutem debitæ observantia, sub qua continetur honor superiorum, dignitasque, est id, cui opponitur formalitas offendæ, jus autem est, cui opponitur formalitas injuria. Sed concessio etiam quod istud motivum sit strictè justitiale, id tum temporis verum est, quando impeditur expedita potestas habendi honorem, si velit, quæ nunquam a Deo aufertur.

I N S T A T 3. Idem. Peccata omnia sunt contra honorem Dei. Ergo, contra justitiam. Antecedens probatur. Quia alias peccata in Deum essent vel paria, vel inferioris ordinis, quæm offendæ humanæ: solo enim honore læso attolluntur, hinc offensa Regis præcisè ob aureum furto ablatum, non excedit offendam Pauli, aureo minorati.

R E S P O N D E T U R. Omnia mortalia taxari dignitate divina, non sunt tamen contra justitiam: quia non aufertur Deo expedita potestas habendi illum honorem, si velit. Unde etiam peccator utitur suis potentiis Deo invito hoc est displicente sibi, sed non invito quasi amittente expeditam potestatem. Jam autem præcisæ displicentia, non est injuria.

O B J I C T 2. Perez in materia de Incarn. Peccatum est contra dignitatem Dei, & continet divina dignitatis indignam tractationem. At omnis indigna personæ dignæ tractatio, est injuria ipsi: officium enim justitiae distributivæ est, vetare indignam personarum dignarum tra-

ctationem, & unicuique dare id, quod ipsi debetur, secundum dignitatem ipsius.

R E S P O N D E T U R. Præcisus titulus in honorationis, est quidem reductivæ injuria, sed non rigorosa: certè enim dishonoratio, & injuria, definitionibus differunt: nam dishonoratio est oppositio excellentiæ, & injuria, est oppositio juri. Unde etiam & pietas in Parentes, quæ trahit secum honorationem eorundem, non est rigorosa, sed reductivæ justitia. Negatur item quamcumque subtractionem honoris, etiam ab inferiori, esse contra justitiam distributivam, sed contra debitam observantiam, tuncque est contra justitiam, quando digno ex bonis communibus negatur id, quo dignus est, idque à distibuentे proprio vel alieno nomine, semper tamen, cum titulo alicujus prælationis. Directè autem ad objectionem dici potest, quod illa personæ dignæ tractatio sit injuria, quæ aufert expeditam potestatem utendi honore si velit.

O B J I C T 3. Idem. In creatis, violatio legis Principi humani, potest non esse interdum injuria: quia potest aliquid exigere non propter tuendam dignitatem propriam, sed propter v.g. tuendam dignitatem subditorum. Jam autem Deus non potest, facere legem, quin ipse Deus sit finis, cui obligatio potissimum servit. Ergo omnis violatio talis legis erit Deo injuria.

R E S P O N D E T U R. Etiam concessio, quod Deus propter tuendam suam dignitatem principaliter leges ferat, adhuc violatio talis legis non erit strictè injuria Deo. Imprimis, quia transgressio legis potius est inobedientia, cum inobedientia per hanc transgressionem concipiatur. Deinde, quia non aufert Deo expeditam potestatem.

O B J I C T 4. Quilibet Legislator per suam legem acquirit aliquid jus iustitiale, vel ad rem præceptam, vel saltem ad promulgationem legis, & exercitium suæ jurisdictiæ expeditum, ad puniendam violationem legis. Ergo, cum omne peccatum sit contra legem Dei, per illam legem debebit acquirere Deus jus aliquod iustitiale, cum hac differentia, quod Legislator creatus, possit non desiderare ipsam rem præceptam fieri, propter v.g. emolumentum multæ pecuniariae, & se irrogandæ; secus Deus.

R E S P O N D E T U R. Dum detur peccatum Philosophicum, non omne erit contra legem Dei formaliter, sed quidquid sit de hoc, posita lege, acquirit quidem Deus jus non rigorosæ iustitiale, acquiritque potius ratione connotati, ita ut hic ponenda sit doctrina circa acquisitionem, quæ ponitur circa actus Dei liberos, licet verum sit Deum, dum fert legem, velle semper fieri rem præceptam.

I N S T A T Idem. Quando Legislator creatus ponit legem criminis læsæ majestatis, interponit tunc dignitatem suam, ut offendendam, irrogaturque tunc Principi violatione legis injuria.

jurari. Jam autem vetans Deus peccata: interponit suam dignitatem.

RESPONDETUR. Interponit quidem Deus nunc suam dignitatem, sed ita, ut oppositio illi facta, non auferat expeditam potestatem, si vellet servandæ sua dignitatis, quod non habetur in creatis.

OBJICITUR 5. Vera est inhonoratio Dei, quantumvis Deus retineat expeditum jus suæ excellentiæ. Ergo etiam vera erit injuria, etiam si Deus retineat expeditam potestatem: &c.

RESPONDETUR. Disparitatem esse: quia in casu Antecedentis, nihil desideratur, ut tunc sit inhonoratio, quæ definitivè est, actualis oppositio excellentiæ. Jam autem, si retineatur expedita potestas utendi, non habetur formalium injuriæ: quia injuria formalisatur per derogationem juri, non est autem derogatio juri, si habeatur expedita potestas, cum jus ipsum, illam potestatem necessariò importet. Ruris, datur principium, ostendens bonum hoc extrinsecum Dei, quod est honor, posse auferri titulo ipsius extrinseci. Jam autem econtra, datur principium, ostendens jus, & potestatem illam, auferri non posse.

QUÆSTIO III.

De Aliis Subjectis iustitia.

PRÆMITTO 1. Ut perspringatur tota doctrina, de aliis subjectis iustitia, assumendum est, unum principium Aristotelis & aliud S. Thomæ ut his majoribus præactis, facile supponantur minores.

Ponit tale principium Aristoteles 5. Eth. 16. Nullius erga sua simpliciter iustitia est, possessio autem, & liberi, quoad tantuli fuerint, & non separati, quasi quedam uniuscujusque sunt, at se se ledere eligi nemo, unde nullius erga se iustitia est. Sensus est. Nemo sibi ipsi justus, nemo sibi ipsi iustus, ita ut quod ipsum est, vel quasi ipsum, jam non sit contra illud simpliciter iustitia, nec erga illud iustum, illiusmet ipsius.

Aliud est principium S. Thomæ hic q. 57. a. 4. in Corpore. *Ius sive iustum dicitur per commensurationem ad alterum.* Alterum autem potest dupliciter sumi, uno modo, quod simpliciter est alterum; sicut quod omnino est distinctum, sicut apparet in duobus hominibus, quorum unus non est sub altero, sed ambo sunt sub uno Principe v.g. Civitatis & inter tales secundum Philosph. 5. Eth. c. 6. est sempli citate iustum.

Alio modo dicitur aliquid alterum non simpliciter, sed quasi aliquid ejus existens; Et hoc modo in rebus humanis, filius est aliquid Patri: quodammodo est pars ejus ut dicitur 8. Eth. c. 12. Hæc principia coincidunt. Aristotelicum tamen, significat rationem priorem; quia magis absolutam: ratio enim sui ipsius, quâ talis, absoluta est, usurpaturque ab Arist. ratio autem, esse alterum, est ratio respectiva aliis à se.

PRÆMITTO 2. *Hoc, quod est quasi alterum, duo importat, & alteritatem, quandam, & non alteritatem, licet aliunde desumibilem, ne contra dictiorum pullulet.* Et ita potest dici alteritas in ratione distinctæ realiter naturæ, & non alteritas ratione alicujus conjunctionis physico-moralis, vel merè moralis.

Tres autem fermè sunt classes istius, quasi alteritatis.

PRÆMITTO 3. *Quæ sit prima classis, quasi alteritatis.* Prima classis est Nascentia qui enim nascitur, hoc ipso, quia nascitur, distinctus est realiter, cum tamen sit decisa substantia generantis, accedatque moralitas investiens utrumque in bona utriusque non est alteritas simpliciter. Expressit hanc quasi alteritatem Arist. 8. Eth. c. 12. Parentes enim, inquit, amant liberos quasi ex illis quidpiam sint. In quo ipso termino exprimit alteritatem quandam. Cum enim nihil ex seipso sit, sicut nec quidquam se ipsum producit, hoc ipso dicunt filii alteritatem. Dicunt etiam quandam non alteritatem, eo quod cum ex illis sint, sunt quasi illi ipsi, quod ibidem inferius his verbis exprimit. Parentes igitur filios ut scipios, amant: qui enim ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi. Ex quo postea principio, colligit Aristoteles quare magis diligunt a Parentibus filii, quam è converso: & quare specialiter Mater magis diligit filium, præ Patre? Magis, inquit, sciunt Parentes, qui ex se orti sunt liberi, quam nati ex illis, se esse genitos: subditque infra, atque bene cur matres magis diligant, etiam patet. Sensus est. Nihil volitum nisi cognitum volitio ergo boni, quæ intercedit inter Patrem & filium, cum innitatur certiori notitia, certius enim sciunt Parentes, quod hic à se sit genitus, fit, ut certiore illam notitiam sequatur intensior amor. sed quæ illic ratio amandi? Respondet Arist. proprium enim ei, à quo oritur quidpiam est, id quod ex ipso oritur, ut dens & capillus, & quodlibet ei, qui id habet, illorum autem nulli id, à quo oritur, quasi diceret, causa amandi est nascentia: quod enim oritur per nascentiam, est proprium illius, adeoque quasi scipios amat, amando illum; potius autem sunt filii Patrum, quam Patres filiorum, exphrasi Aristotelis.

PRÆMITTO 4. *Secundam Classem quasi alteritatis, quæ est conjugatio.* Etiam enim conjuges, habent inter se alteritatem quandam, & non alteritatem. Alteritatem quidem: quia conjugium semper est duorum. Et non alteritatem, ratione communionis iurium. Hanc alteritatem rejicit Aristoteles ibidem in id: quia major est communicatio inter conjuges, quam inter cives & Rempubl. ubi tamen reperitur non alteritas, idque probat dupli titulo, tum majoris necessitatis hujus communionis, tum universalitate. Viro item, inquit, & uxori amicitia esse naturæ videtur: homo enim conjugale magis, quam civile animal est. Deinde universalitatem colligit: quia id etiam animalibus commune est, quod si major est conjunctio inter conjuges quam cives &

*1 Rem.

R. P.
H. M. O. D.
ia omisit
T. 1. 3. c. 14.
D. VI
6

Rēpubl. si h̄c non reperitur perfecta alteritas, nec illic erit, rejicit item non alteritatem, in *nexus*, quasi aliquo medio termino stantem, ipsi liberis: vinculum autem ipsorum, esse filii videntur, unde citius, qui liberis carent, dissolvi consueverunt: quippe cum filii commune bonum ambobus sit, *quod autem*, inquit, *commune est ne sit*: Infer, nexus autem in eo, in quo ne sit, unitatem non alteritatem importat.

PRÆMITTO 3. *Quæ sit Tertia Classis quasi alteritatis*, quam appellant Aristoteles 1. polit. 2. *dominum*, supple disciplinam, quæ est servilitas, & dominatio: nam servus & dominus, habent inter se alteritatem: quia nemo respectu sui servus, nemo Dominus: & non alteritatem, de qua hic adferenda aliqua.

PONIT 1. Arist. *Varias sententias 1. Polit. c. 3. de dominatione* quid illa sit? quod quidem per alios, sit scientia. *Porr̄o inquit, videtur scientia quædam esse dominatio*: Per alios mera violentia: quia contra naturam instituta, *aliis autem inquit, prater naturam videtur esse dominatio: quoniam inquit, naturam nihil differat, sed lege duntur et inductum sit, ut alii liberi sint, aliis servi, quapropter neque ius, violentum enim*: Et Ratio est: quia quod secundum naturam est, illud vel potius natura, vel principia ejusdem providet, nullum autem dominatum providit natura, nec principia ejusdem, quæ enim licet providerit excellentias, & ea quæ exceduntur, sed hæc non inferunt dominatum. Unde supremus Angelus, est excellentior infimo, non tamen ejus Dominus.

PONIT 2. *Unde sit orta Dominica disciplina?* sine necessariis impossibile est vivere, & bene vivere; sine autem domestica disciplina nemo potest bene vivere; quæ ipsa domestica disciplina requirit servum & Dominum; idque duplice ex capite. Imprimis, quia ut antea posuerat, *domus perficitur ex servis & liberis*. Deinde: quia ut in artibus necessarium est subesse propria instrumenta, si opus modo confici debeat: sic etiam in re familiaris, quæ ipsa instrumenta duplicita sunt, quædam in anima, quædam animata, velut gubernatori, navis, quæ quidem inanimis est, qui vero proram regit, animatus. Additur ulterius, quod istud instrumentum sit ante instrumentum. Ortus autem hujus instrumenti ante instrumenta, ad eoq; servilitatis, hic est, indigentia scil. ad utendum instrumentis inanimatis. Si possent, inquit ille, *instrumenta ad iussum vel nrum Domini opus suum confidere, si & pectines texerent & plectra cyatharam pulsarent, nec architecti sane ministris, nec Domini indigerent servis*.

PONIT 3. *Quod cum sit possessum, & instrumentum animatum servus, quomodo inquam non habeat comparatè ad Dominum perfectam alteritatem, sed non nisi quasi alteritatem, quia id quod possidetur, dicitur quemadmodum pars ad totum: pars enim non solum, inquit, alterius est pars, sed etiam omnino alterius, similiter*

& quod possidetur. Sensus est; quia sicut pars à toto, eo quod sit totius, non dicit alteritatem simpliciter; ita, quia possessum est possessoris in ratione possessi non dicit alteritatem; qui textus ostendit quasi alteritatem in parte communitatis ad communitatem. His præmissis, sit

Illatio Afferitorum.

ASSERO 1. *Inter Angelos & homines possidet iustitiam perfectam*. Nam ad invicem habent sibi propria, possunt ad invicem velle illa tueri, habent item alteritatem naturarum, & suppositorum &c. Certè enim Angelus habet ius ad famam, quæ lædi potest, diffamando illum apud imperitos, vel Gentiles: illi vicissim possunt nobis, etiam in benis fortunæ, facere injuriam, frequenterq; mali Angeli faciunt. Quod Afferunt tenet in substantia Suar. opusc. de iustitia Dei sect. 2. n. 8. Consequenter etiam potest inter ipsos Angelos intercedere iustitia, propter rationem immediate adlatam. Insuper defendi possunt rationes Suar. contra Vasq. Tum quia. Etiam inter Angelos, saltem in pura natura spectatos, potest esse commutatio. Tum quia; potest minus Angelus vim inferre alteri, quæ actio est injuriola; potest item unus decipere alium, infamare &c. Tum quia; unus Angelus, respectu alterius, est capax misericordiæ. Ergo, & iustitiae.

DICES 1. *Cum Vasq. d. 223. n. 9. Non potest in Angelis esse iustitia circa violentiam: quia re vera non potest unus alteri vim ullam inferre: aut illam inferret solo nutu voluntatis, in quo, nulla est iustitia*.

RESPONDETUR. Potest unus Angelus alterum protrudere, qualitate aliqua spirituali protrusiva, & tamen potest alius habere ius, ne ita trudatur, & quamvis hoc fieret solo nutu voluntatis, id non obest: quia si nos intus alteri detrahentes, facimus alteri verè injuriam, cur in Angelis solus nutus voluntatis non poterit esse injuriatus? cur item intervenire non potest, ut non suapte natura, sed violenter, alterius se voluntati subdat, præcipue loquendo de Angelis malis, vel in natura pura spectatis.

DICES 2. cum eodem. *Deceptione, ex mente S. Th. est contra veritatem, adeoque non nisi contra partem potestativam iustitia*.

RESPONDETUR. *Deceptionem esse quidem contra veritatem, sed ita, ut possit etiam esse contra iustitiam rigorosam: nam si judicem habentem ius, hocq; ex jure inquirentem, fallas, item si constitutus in officio verè iudicaturum te promittas, habendoq; pro hoc recompensationem, fallas, committes in hoc injuriam, præcipue cum etiam inibi Suar. roboret suum argumentum exemplo adjuncto de infamia*.

DICES 3. cum eodem. *Non appetit quomodo unus Angelus possit lædere honorem alterius; vel si læderet, esset hoc contra obseruantiam, ut vult S. Thomas*.

RESPON-

RESPONDE TUR. Ipsa infamia est lèse honoris, quæ potest esse contra justitiam rigorosam, quamvis negatio cultus alicuius, sit nonnihil contra virtutem observantia. Deinde, quamvis non appareret modus hujus in honorationis, sufficit, quod eus repugnantia non ostendatur; sicut nec inimicorum, quare ratione Angelus transeat si in medio, vel materia quomodo redigat se ad punctum, si spoliatur quantitate, & tamen hoc docetur.

Ad Argumentum de misericordia. Disparitatem Valq. dat, quia non est eadem utriusque materia. Sed credit argumentum, quare cum detur materia misericordiæ inter Angelos, non possit dari materia justitiae? sicut inter nos id, quod erat materia misericordiæ, potest extrahi ad materiam justitiae.

ASSERO 2. Accipiendo filium, secundum quod fuisse est, & Patrem, secundum quod Pater est, non intercedit inter illos justitia rigorosa; sicut in quantum sunt natura, & supposita distinctione realiter.

RATIO. Quia hoc jus, quod habet filius ad bona Patris, sibi subministranda, est fundatum in ipso esse filii, seu esse deciso Patris, hoc autem esse decisum Patris, fundat nonnisi quasi alteritatem: quia hoc ipsum esse est aliquid Patris: aliquid autem Patris, non dicit alteritatem, sed proprium Patris, si non dicit alteritatem, nec dicit justitiam rigorosam.

Secunda etiam pars Asserti, probatur. Quia sicut inter alios homines intercedit justitia v.g. titulo emptionis, commutationis &c. intercedet etiam inter Patrem & filium; secundum quod distinguuntur realiter naturis, suppositis.

DICES 1. Ex his, quæ sibi opposuit Valent. d. 3. q. 1. p. 2. Inter Patrem & Filium est rigorosa amicitia, ut innuit Philosoph. 8. Eth. 7. & 14. & 3. Eth. 1. Ergo & justitia.

RESPONDE TUR. Dici imprimis posset, etiam amicitiam illic intercedere, non aliter posse, nisi in quantum filius & pater, sunt distincti naturis, suppositis &c. Rursus, quia ex nullo principio destruitur inter illos ratio amicitiae, cum idem ad seipsum amore amicitiae ferri possit, habetur autem principium fundans, ne illic intercedat justitia rigorosa; nempe alteritas, quæ illic non est rigorosa, ut dictum; consequenter fundans non rigorosam justitiam. Aliam disparitatem dat cit. Valent. quia actus amicitiae, cum sit amor erga alterum, est in alterum, non modo ut distinctum, sed etiam aliquo modo unum; amans enim transit in amatum. Alius autem justitia, cum sit exæquatio unius cum altero, per aliquid æquale, est erga alterum tantummodo distinctum, & non aliquo modo idemdem enim non propriè sibi exæquatur.

DICES 2. Verè committit injustitiam filius occidens Patrem. Ergo, inter illos, si injustitia est, etiam justitia erit.

RESPONDE TUR. Hanc injustitiam ponit, in

quantum sunt distincti naturis & personis, nec illa occisio titulo injustitiae attollitur; sed titulo pietatis, quæ ipsa non est rigorosa justitia; reliqua autem sunt communia cum aliis formalibus homicidium.

DICES 3. Inter Christum Dominum & Patrem aeternum propriæ sunt justitia, licet Christus, ratione naturæ divinæ, sit aliquid Patris aeterni.

RESPONDE TUR. De Antecedenti agitur in materia de Incarnatione. Interim dicitur Christum, in quantum dicit identitatem naturæ suæ divinæ cum natura Patris, non dixisse alteritatem, adeoque nec intercessisse justitiam inter Patrem aeternum, & Christum, secundum naturam divinam spectatum. Christum autem, in quantum dicit personam verbi, dixisse quidem alteritatem à persona Patris, distinctionemque realem, quam distinctionem realem dicit Christus à Patre, spectatus etiam secundum naturam humanam, cur autem non intercesserit illic rigorosa justitia ex dictis colligitur. Si autem ponatur justitia intercessisse inter Christum & Patrem aeternum (quod à nobis negatur) ponetur intercessisse inter Christum, secundum naturam humanam spectatum, & Patrem aeternum. Sed Christus, spectatus secundum naturam humanam, non est aliquid Patris aeterni, quod sit impedimentum justitiae rigorosæ in istis principiis.

DICES 4. Ergo, saltem Filii erga Patrem erit justitia rigorosa: quia Pater, non est pars Filii.

RESPONDE TUR. Quamvis Pater non sit pars Filii: quia tamen debitum, quod est in filio, & jus, quod est in Patre, fundatur supra aliquid ipsius Patris, ut dictum supra, sit, ut adhuc non interveniat alteritas, sed nonnisi quasi alteritas, adeoque quasi justitia.

DICES 5. Saltem assertum non tenet de filio emancipato. Nam Aristoteles 5. Eth. 1. 6. dicit Filius esse aliquid Patris quod ad tantuli, inquit, fuerint, & non separari.

RESPONDE TUR. Quasi justitiam intercedere inter filios, etiam emancipatos: quia illi, etiam emancipati, sunt filii, adeoque aliquid Patris. Aristoteles illic non loquitur de filiis sub formalitate filiorum, sed sub formalitate, in quantum intrant eandem Rempublicam cum Patre, eandem scilicet domum & cohabitatem. Hinc sine voluntate Patris, alibi nec manent; nec manere possunt. Circa bona autem Castræ, quæ titulo militiæ filius accipit, cum pleno dominio, vel quasi Castræ, quæ alio quidem titulo acquiruntur, sed cum pleno dominio; indubie circa talia bona potest cum Parente v.g. filius contrahere, idque justitiale.

ASSERO 3. Accipiendo Dominum: secundum quod Dominus est, & servum, secundum quod servus est, non intercedit inter illos rigorosa justitia; secundum quod distinguuntur naturæ, suppositis.

R. P.
H. MLOD
ia M. W. S.
Tom. 3. e. 4.
D. VI
6

RATIO Prioris est. Quia jus illud in servum, quâ servum, non supponit aliquid proprium servi, sed proprium Domini, consequenter erit illuc quasi alteritas, cum non detur ab utraque parte proprium.

RATIO Secundi est. Quia servus alio titulo, potest habere aliquid proprium.

ASSERO 4. *Accipiendo maritum, & coniugem, quâ tales, non intercedit inter illos, rigorosa iustitia, secus in quantum naturis distinguuntur, &c.*

RATIO proportionatè formanda: quia nullius erga seipsum, est justitia. Ergo, quasi erga seipsum non potest esse justitia, sed quasi justitia. Jam autem obmutuam traditionem corporum, uxor est aliquid mariti, maritus uxorius. Aliis tamen supra dictis titulis potest illic fundari justitia.

ASSERO 5. *Inter istas personas, de quibus immediate actum, non intercedit jus aliquod, quod debet dici imperfectum, sed tamen proprium. Ut intelligatur Assertum. Aliud est dicere, intercedit illic imperfecta justitia, sed propria; & aliud.*

intercedit non nisi *impropria*. *Sicut accidentis*, est *ens propriè*, licet *imperfectè*, & alia est *quaestio*; *An accidentis sit propriè ens*, *an imperfectè*? *Porrò Ratio Asserti est*. *Quia quando est aliquid imperfectè tale*, licet *propriè*, *debet illi convenire tota definitio*, & *omnia essentialiter requisita illius generis*; *ut Inductio ostendit*, certè enim *accidenti convenit tota definitio entis*, *talpæ tota definitio animalis*, *desumeturque inæ qualitas non ratione inæ qualitatis in ipsa ratione generica*, *sed ratione alicujus adjunctæ differentiæ specificativæ*. *Quod ipsum ultius in hoc resolvitur*. *Quia si non conveniret illi definitio illius entis*, & *esset propriè illud ens*, *ut supponitur*, & *non esset*: *quia nihil est magis proprium*, *quam ipsa definitio*: *est enim ipsum*, *quod quid erit*: *si enim in ipso quod quid est diversitas*, *quomodo propriè illud quod quid erit*? *Jam autem requisita essentialiter alteritas ad rigorosam justitiam*, *non repertitur in subjectis*, *de quibus actum*, *ad eo que nec propria justitia*.

DISPUTATIO IV.

De Speciebus Justitiae.

Aristoteles, cum Libro 5. Eth. c. i. tractasset de justitia à justitia descendendo ad species justitiae, primum agere incepit de justitia particulari, cuius methodum sequendo, sit

Q U A E S T I O N E S

De Iustitia Particulari, & Generali

Quid veniat nomine harum virtutum, dixi
superius, ubi etiam tractatum est, quod
haec duas virtutes, sive virtutes speciales, sub no-
mine generalis virtutis, intelligendo etiam le-
galem, quae verbo discernitur a generali: Leges
enim non feruntur nisi ob communionem vita-
e. Communio vita plures requirit. Justitia et
iam legalis plurium bonum est, respicitque bo-
num commune, sicut & generalis, seu ut loqui-
tur Palao d. unica. p. 8, q. 1. vocatur Legalis;
quia legibus bonum commune praescriptenti-
bus, est conformis. Manent tamen alia circa
hanc materiam disputanda.

DIFFICULTAS I

An Iustitia Legalis sit rigorosè Iu-
stitia?

Sensus est: An justitia, quæ intercedit inter
ſtitia?

communitatem & partem communitatis, stri-
gorosa?

DICENDUM est. *Institutionem legalem, non esse rigorosam iustitiam.* Ita Valentia & Lugo, contra Salon. Bann. Arag. & postillos, contra Dicast.

Probatur 1. Rigorosa justitia debet habere alteritatem rigorosam. Sed inter communem, cuius bond attenditur, & illius privatum, qui illi bono attendit, non intercedit rigorosa alteritas. Ergo, nec justitia. Major probatur, quia Ly rigorosa, est terminus modificans ipsummet objectum, quod est justitia. Ergo, modificare debet & illa, quæ dicit objectum, alias non objecti esset modificatus ille terminus, sed alicuius alterius. Jam autem justitia, cum sit virtus ad alterum; requirit alteritatem; consequenter, rigorosa justitia rigorosam alteritatem.

Deinde nullius est ad seipsum rigorosa justitia. Ergo, etiam & ubi non est alteritas rigorosa, non erit rigorosa justitia. Minor principalis, Probatur. Communitas & privatus secundum quod ille bonum commune tenetur providere, comparantur inter se, sicut totum & pars, ut ostendit suppositio quæstionis. Sed totius à parte, non est rigorosa alteritas: quia non est alteritas, r. 28